✠ POMATES. ¶ Absente parte. Cõtrarium tenet Rom. sing. xxxvj. aliàs ccc. lxvj. vide Fel. c. ij. vj. colũ. de test. & in c. si qui testium. ij. col. eo. tit. vbi ponit aliqua in proposito. et Alex. consi. xliij. in ij. col. j. vol. Feli. c. cũ non deceat. in j. col. & trib. sequentibus, de præscript. vbi ponit aliqua de iure reuerentiali.

g ¶ Spec. Vide ibi Io. And. in addi. & Ale. consi. xxxvij. lib. ij.

h ✠ POMATES. ¶ Qui non potest. Ex hoc sequit æquiparando iuramentũ transactioni. l. ij. §. eo. q̃ nec etiam poterit transigere. Ad quod bene facit l. non solũ. C. de præd. min. gl. l. j. C. si auers. transact. quam ibi no. Bar. Se cũdò ex hoc sequitur q̃ cùm transactio & compromissum equiparẽtur, gl. in §. illud. in auf. vt dif. iu. Bar. & doct. in auf. si verò contigerit. C. de iudi. q̃ sicut qui nõ potest alienare, non potest trãsigere, vt §. nõ poterit etiam cõpromittere, vt est bonus text. c. cùm tempore. & ibi not. Can. extra de arb. Item infert ex hoc vt quemadmodũ bona subiecta fideicõmisso non possunt effectualiter alienari l. ij. §. pen. & auth. res quæ. C. commu. de lega. ita etiam super illis non poterit iuramentum deferri. Et ita voluit Bart. l. eũ qui. §. si libertus. et in l. manifestæ. circa med. j. eo. Item infert q̃ quẽadmodum vasallus vel emphyteuta non possunt alienare irrequisito domino, q̃ ita etiam nõ poterunt iuramentũ deferre super re feudali vel emphyteutica, vt hic inquit Pau. de Cast. quanquam cõtrarium tenuerit Ro. hic: de quo articulo vide per Ia. hic.

tit replicatio ipso iure, vt hic: quando cum tutore posset restitui, & alias replicatio non cõpeteret: vt l. cõtraria, & §. eo. l. nã postea. §. si minor. Oppo. j. eo. l. qui iurasse. Sol. ibi loquit in pupillo iurãte: hic in pupillo deferẽte. Oppo. q̃ iuramentum habet vim solutionis: vt j. eo. l. iusiurandũ. Sed si soluitur cum iudicis authoritate præiudicat minori: vt C. de administ. tut. l. sancimus. & l. ait prętor. §. permittit. de minor. ergo &c. Solu.

3 Nõ habet † vim solutionis quo ad oia, vt in glos. & bene. Item oppo. & videtur q̃ ipso iure nõ obstet exceptio: vt j. quarũ re. act. non da. l. j. §. j. Solu. Illa intelligit secũdùm istam scilicet q̃

a actio non datur ope replicationis, &c. Quærit glos.[a] quid in

4 adulto curatorẽ habẽte. Gl. † hic variat. Nã glo. magna hic in fi. dicit idẽ per oia in adulto curatorẽ habẽte. Glo. seq. dicit cõtrariũ ibi: licet secus sit in adulto curatorẽ habente, secundùm Ioan. & Pla. Quid dicemus? q̃ sit aliud in minore curatorẽ ha

5 bente, probat. Nam deferre iuramentũ †, habet vim cuiusdã cõfessionis: vt l. qui iurasse. in fi. j. eod. Sed confessio in iudicio præiudicat minori habẽti curatorẽ, nisi restituat: vt l. certũ. §. minorẽ. de cõfes. ergo & iuramentũ. Contrariũ puto. Nam in cõfessionib., quæ fiunt ad solennizandũ iudiciũ, cõfessio minoris nõ valet. Vnde eius cõfessio nõ posset inducere litis cõtestationẽ: vt no. in l. ij. §. quod obseruari. & ibi per gl. & doct. de iura. calum. & scripsi in d. §. minorẽ. Sed iuramentũ habet vim cõtestationis & sentẽtiæ: & sic habet vim eorũ actuũ qui solennizant: meritò non põt istos actus exercere sine autho-

b ritate curatoris. Vnde teneo quod no. in d. gl. magna[b], in fine.

6 Vltimò inducit gl. in arg. hanc legẽ in oibus † cõractibus,

c quos innuit hic, qui nõ sunt iure electi, vt oia cassent[c], vt hic, & C. de sacrosan. ecc. l. decernimus. & de re. eo. l. qui neq̃. & C. de eo qui pro tut. l. ij. & quod ibi no. & in qb. cau. in ĩteg. resti. nõ est ne. l. pe. Sed cõtra dictũ arg. facit de offi. prętor. l. Barba-

7 ri[a]. Respõdeo q̃ ibi fuit error cõis. † Quærit gl. qd si ab initio tenuit institutio, sed postea aliquo casu est cassata? Dicit gloss. tunc tenent gesta per eum. Dicam plenè in l. Barbarius. de offic. præto.

1 ☞ *Procurator in quibus casibus poßit iuramentum deferre.*
2 *Par est non habere mandatum, uel habere, & non apparere.*
3 *Turpitudinem suam quando quis allegare poßit. & nume. 5.*
4 *Qui non cogitur iurare quando timet probabiliter ne iurando suum periurium redarguatur per quandam consequentiam.*
6 *Qui uendidit feudum in fraudem fisci, ut pœnam euadat, quando poßit postea eum repetere.*
7 *Si procurator detulit iuramentum, & postea dominus ueniẽs uincat uel succumbat, qualiter committatur stipulatio rati.*
8 *Exceptio, non debes audiri, quia allegas turpitudinem tuam, quando debeat opponi remißiuè.*

Procurator. Procurator potest iuramẽtum deferre, si habet generale cum libera, vel specia le mandatum, vel est in rẽ suam, aliàs secus: etiam si caueret de rato propter dubium de mandato. hoc dicit cum duabus legibus sequen. Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit vnum dictum de procuratore habente mandatum. Secundò ponit aliud quando de mandato dubitatur. Tertiò ponit rationem secundi dicti. Quartò ponit rationem primi. Secunda ibi: nec multum. Tertia ibi: siue enim. Quarta ibi: si itaq̃. Et quia in quarta ponitur ratio primi dicti, ideo adiũges eam cum prima positione casus. & prima pars est facilis; secunda multũ difficilis. In terminis pone casum per te in prima parte, & in quarta, quæ est ratio primi dicti. In secunda verò parte in versic. nec multum, sic pone casum: Quid si est dubium de mandato, & procurator vult cauere de rato: an tunc cogetur reus iurare? Respondet Iurisconsultus, & dicit quòd non. Si enim reo fuerit cautum de rato: ista cautio non multùm sibi proficeret. Hoc dicit. Primò vide textum ibi de rato: & ideo nõ cogitur reus iurare tali procuratore deferẽte, qui propter dubium de mandato cauet de rato. Sequitur §. siue enim. in quo sic forma casum, Quæ est ratio, domine Iurisconsulte, quòd cautio de rato non prodest reo, cui defertur iuramentũ? Si enim iuraret, & dominus postea non haberet ratum committeretur cautio de rato: & sic sibi multũ prodesset. Ad hoc respondet Iurisconsultus si dominus venit postea, & ratum non habet; aut reus cogetur se defende-

a re ab actore opposita exceptione, si qua sibi prius competebat; & hoc casu non est dubium quòd iuramentum sibi nil prodest; quia ita se defendit postea sicut prius. Aut non vult se defendere, sed patitur se vinci, & postea vult agere contra procuratorem ex cautione de rato: & tunc doceret de periurio suo. Ostenderet enim sententiam latam contra illud quod ipse iurauit. hoc dicit. Notabilia colligam vobis recitando apparatum. Nota quod dixi in summario. Ad primã

1 opp. † procurator omnium bonorum nõ potest alienare: vt l. procurator totorum. & l. mandato generali. de procurat. ergo nõ potest iuramẽtum deferre, vt §. pxi. §. Sol. Intellige hic vniuersorũ bonorũ cum libera: vt l. procurator cui libera §. de pro. Et sic habes tres casus, in quibus procurator potest deferre iuramẽtum: vt reus cogatur iurare, vel referre: aliàs secus. Circa istam partem quæro quid in procuratore dato ad vnam causam tantùm, & in illa est sibi concessa libera administratio: an poterit iusiurandum deferre. De hoc videtur casus in c. qui ad agendum in fin. extra de procur. lib. vj. & l. qui Romæ. §. Callimachus. in fi. & j. de verb. obl. & ibi not. Venio ad secundam partem. Dicitur hic quòd si dominus postea venit, cogetur reus postea docere se liquidè iurasse opposita exceptione. Quæro de qua exceptione loquatur. Quidam dicunt de exceptione iurisiurandi. quod non videtur verum: quia hæc exceptio non obstat domino, nisi in tribus casibus, quos §. vidistis; nisi intelligas eo modo quo statim dicam in tertia oppo. Vnde alij dicunt quod hic loquitur de exceptione pacti, vel rei iudicatæ, vel solutionis, seu de alia simili; & ista est clara. Tertij dicunt, & fuit opinio Ioan. quòd hic ponatur exceptio pro replicatione. Si enim reus à sacramento excipiat, replicabit dominus quòd iuramentum sibi non obstat. Ista glossa videtur habere hunc intellectum: sed tamen aduerte vt clarè intelligas. Aut enim ista verba, opposita exceptione, determinant verbum, docere; & tunc procedit expositio præcedens. Aut determinat verbum cogetur; & tunc habet locum hæc expositio Ioannis quasi dicat, propter hanc replicationem, quam dominus opponit, cogitur reus probare se liquido iurasse. & intellige, cogitur, causatiuè, si non vult se pati condemnari. Secundò quæro, dicitur hic quòd si reus vult agere ex stipulatione de rato, cogitur docere de suo periurio. Quæro, quomodo perueniatur ad hanc doctrinam de periurio. Glossa magna in princip. respondet arguendo à sufficienti diuisione, & ponit quatuor casus, per quos ad hanc doctrinam de periurio peruenitur: & sic apparet quòd cautio de rato modicum, pdest reo. vide glossam ad literam.

Quia ergo glossa arguit à sufficienti diuisione, & ponit quatuor casus: si ego ostendam vobis aliquem ex istis casibus esse falsum, apparebit quòd argumentatio glossæ non est bona: nec bene docuit peruenire ad istam doctrinam. Vnde assumo primum casum quando dominus postea venit, & egit, & succubuit: & videtur quòd stipulatio de rato committatur ad totum interesse, non solùm ad expensas tantùm; & sic multum prodest reo, vt l. procurator ad exhibendum. §. primo infrà rem ratam habe. Solu. Dicit glossa ibi loquitur de procuratore, qui nunquam habuit mandatum, & sic erat falsus: hic loquitur in vero procuratore, de cuius mandato dubitat. Vide glossam ibi: sed certè &c. Intelligit ergo glos.

a ✠ POMATES. ¶ Quærit gl. Aduerte tũ q̃ istæ glos. non sunt cõtrariæ sed diuersæ, vt inquit do. Cstristo. d Cattel. Nã prima posita est i ver. debet. & loquit quãdo pupillus & adultus deferũt iuramentum authore tutore & curatore: & tunc æquiparantur: quia est necesse q̃ in integrũ restituant ad hoc vt cõpetat ratificatio ipso iure. Secus in adulto: quia si ipse defert iuramẽtum sine curatore, non competit replicatio ipso iure: sed debebit i integrũ restitui potius, et debent vti replicatione in alio casu. Sed tamẽ & glo. errat: quia isto casu habebit replicationem ipso iure etiã adultus absq̃ in integrũ restitutiõe l. ij. C. de in inte. restit. mino. & hoc est fortasse. per quod dicit Bar. glo. bene dixisse. sed tũ videtur contra tex. nostrũ qui loquit quãdo pupillus habebat tutorẽ, vt equiparatio ,pcedat, & maximè cùm §. si minor. etiã loquat in adulto curatorem habẽte: vt Paul. de Castro hic.

b ¶ Glo. magna. Alex. transit cum hac opi. tantũ magis communi pro qua facit quod voluit Bal. cõsl. cclx. incip. vt mulier. li. iij.

c ¶ Cassentur. Adde vt per Felin. in c. Rodulphus extra de rescri. Abb. in c. nihil. extra de electio.

a POMATES. ¶ Et pro huius. De hac materia vide Cepo. conſil. lviij. incip. Francus. in j. col. Balca. tertio loco. & ibi Feli. col. iiij. de prob. Barb. conſ. lxiiij. in fi. j. vol. Fel. c. lator. j. co. de re iud. Barba. cõſi. liij. ij. vol. Alex. conſi. lix. col. fi. j. vol. Paul. in c. cũ M. col. j. de cõſti. Fel. in c. gratũ. co. iij. de off. deleg. Alex. conſi. cxxxij. vol. ij. et cõſt. lxxxiij. co. ij. vo iij. Bar. conſi. xxxvij. col. pen. vol. ij.

b P. PAV. P. ¶ Suam turpitudinẽ. vide Barb. in c. inter dilectos. in ij. & iij. col. extra de dona.

c POMATES. ¶ Hoc intelligo. Vide Alex. cõſil. xxxix. in fi. in iiij. vol.

d POMATES. ¶ Aut ſuã. vide quod no. Feli. in propoſito c. ſciſcitatus. col. iiij. ver. non ſe excuſat. de reſcript. in c. lator. de re iudi.

e P. P A V. P. ¶ Alio detecta. Iſtũ declara vt per Areti. conſil. xcv. in iij. dubio.

f POMATES. ¶ Quidã. vide Alex. conſil. cxj. col. pen. iij. volu.

g ¶ Ego dicebã. Adde vltra ea quæ hic habes & Alexand. Spe. qui hoc latè proſequitur in titu. de donat. §. j. verſic. Item pone. & ibi Ioan. Andr. in addit.

iſtum verſicul. nec multum. in procuratore habẽte mandatũ ſufficiens; ſed de eo dubitabat. Et ſic videtur fateri ꝙ ſi nullũ haberet mãdatum, cautio de rato multũ operaret. Iſta lect. nõ videtur bona: quia principiũ huius l. loquit in procuratore habẽte mandatũ ſufficiens. ita in ver. nec multum. niſi diceres ꝙ hic mutat caſum.

2 Preterea nõ habere mãdatũ, † & habere, & nõ apparere, ſunt paria. l. duo ſunt. Titij. de teſt. tut. & §. de transact. l. & poſt rẽ. Et ſic videt ꝙ etiã in caſu, in quo dubitat de mãdato cautio de rato multũ operet. Niſi ſuſtinẽdo gl. dicas ꝙ licet tẽpore cautionis nõ cõſtaret de mandato, poſtea tñ incœpit cõſtare. & ſic loquitur lect. gl. & poteſt eſſe vera in ſe, inquantũ hic intelligitur de vero procuratore, de cuius mandato dubitabatur. Sed inquantũ dicit ſecus eſſe in eo qui nunquã habuit mandatum, nõ bene dicit: imò etiã in eo põt hic intelligi. Nõ obſt. l. ꝓcurator ad exhibẽdum. §. j. quia ibi loquit in falſo ꝓcuratore qui egit & exegit. Vnde ſi dñs poſtea nõ habet ratũ, intereſt rei in toto debito quod ſoluit, ſiue reus vincat, ſiue ſuccumbat. hic loquit in falſo ꝓcuratore, q̃ quodammodo ſuccubuit: quia deferẽdo iuramentũ abſolutus eſt reus. Vnde ſi actor poſtea veniẽs ſuccubuit: nõ intereſt eius rei, niſi in expẽſis. Et ſic habes defenſatũ primũ caſum gl. per quam peruenitur ad iſtam doctrinã. Secũdus caſus eſt, qñ dñs poſtea veniens obtinuit, & iniuſtè: & tũc dicit gl. idem: quia iniuria facta reo non debet nocere procuratori: & ſic nõ tenebitur procurator, niſi in expenſis: vt l. ſi ſi ne. §. cùm autẽ. j. rem rat. hab. Ad hunc caſum gl. nõ opponit: ſed ego opp. & videtur ꝙ non ſit cõſiderandũ vtrum iuſtè vel iniuſtè: ſed indiſtinctè ille, qui cauit de rato, teneatur: vt l. iij. §. fi. j. rem rat. hab. Sol. ſecũdùm lect. gl. hic loquitur in procuratore vero, de cuius mandato dubitabatur: ibi de procuratore falſo. Vel ſi vis tenere aliam opin. quæ videtur verior, ꝙ hic loquatur in procuratore ſunditus falſo. Quantum ad poteſtatem deferendi iuramentum dicas, ſentẽtia prima facie præſumit iuſta, & pro ea præſumit: vt l. Herennius. §. Caia. j. de euict. & ibi no. & ideo prima facie vi debitur iſte reus periurus: meritò non prodeſt ſibi multũ hæc cautio de rato: quia antequã declaretur ſententiam eſſe iniuſtam, ipſe erit diffamatus ꝙ falſum iurauit, & ſic prima facie periurium ſuum allegaret. Eſt enim durũ iniuſtitiam ſententię docere; & propter hoc eſt ſtatutum biennium in cauſa appellationis. Ne ergo habeat neceſſe ſuam infamiã purgare, dicitur ei cautionẽ de rato non multũ prodeſſe: quia maior eſt pœna infamiæ ſaltem de facto, & maior eſt labor purgationis ipſius quàm quicquid poſſet cõſequi ex illa ſtipulatione. & ſic poteſt defendi ſecũdus caſus gl. Tertius eſt quãdo fuit cõdemnatus, & iuſtè: quo caſu agẽdo ex ſtipulatione de rato, doceret de ſuo periurio. Ad iſtud opp. glo. Aut tu dicis ꝙ ex hac ſtipulatione nõ poteſt agere: & tũc dicis contra iſtũ text. qui expreſsè vult ꝙ agere poſſit, licet de ſuo periurio doceat. Aut dicis ꝙ poteſt agere, & tunc dicis contra iura, quæ dicũt ꝙ quis non poteſt ſuam turpitudinẽ allegare: vt l. tranſactione. C. de tranſa. Ad iſtud contrarium reſpondet Azo. Primò fateor ꝙ nõ poteſt agere: quia allegaret turpitudinẽ ſuam. Et hoc eſt verũ quo ad ſortem, in qua iuſtè cõdemnatus eſt, & ſuper quia iurauit: ſed quo ad expenſas, & quo ad vſuras quę cucurrerũt poſt rem iudicatam, bene poteſt agere, vt hic in tex. Et propter hoc dicitur hic in text. quòd ei non multum prodeſt iſta cautio. q. d. non eſt multum iſtud, ad quod poteſt agere: quia ſolùm ad expẽſas & ad vſuras. Poſtea idem Azo mutauit ſolutionem, & dixit quòd poteſt agi ad totã ſortem, & ad expẽſas, & ad vſuras: vt hic in tex. licet de ſuo periurio doceat directò: & pro tanto dicitur ei non multũ prodeſſe; quia maior eſt pœna illius diffamationis ꝙ reputetur periurus, q̃ ſit totum illud quod conſequitur ex ſtipulatione. Ad contrarium, quòd quis non poteſt allegare ſuam turpitudinẽ, reſpondet quòd fallit hic. Non enim poteſt procurator, contra quem agitur, ei ſuam turpitudinem obijcere: quia ipſe detulit iuſiurandum: vt l. qui iuraſſe. §. ſi pater. j. eodẽ. Ita dicit Azo. Petr. de Bellapertica reſpondet aliter ad iſtud contrarium, & est multum nota. † Non poteſt quis allegare ſuam turpitudinem: verùm eſt ab alio non detectã: ſed ſi ab alio fuit detecta prout hic fuit, quia fuit condẽnatus, & fuit pronunciatũ ſe illud debere, quod iurauerat ſe non debere: tunc bene poteſt hanc turpitudinem ſuam allegare. Caſus eſt hic: quod ſatis placet. Probo per l. antepenul. j. de ſuſpect. tutor. vbi ille qui eſt remotus vt ſuſpectus, poteſt hoc allegare ad defendẽdum ſe ab actione tutelæ. Item in quolibet infami per ſententiam, quòd poteſt allegare infamiam, vt excuſetur ab oneribus: vt l. relegatorum. in fin. de interdict. & releg. Facit quod not. ff. de offic. aſſeſſo. l. j. in gloſ. ſuper verbo, poſtulationibus. Et ſic ex hoc verſi. nec multum. habes notare duo. Primò † quãdo quis probabiliter poteſt timere ne ſuum periurium redarguatur, per quandam conſequentiam non cogitur iurare; & ideo ſi vnus ex hæredibus deferat iuramentum, fortè non cogetur reus iurare, ne fortè altero agẽte ſuum periurium detegatur. Iuſta enim cauſa recuſandi eſt, quãdo aliquid petitur quod contra debitam honeſtatem perſonæ veniret: vt l. Quintus. j. manda. & ideo in l. ſi duo patroni. in princip. §. eod. dico quòd ille libertus altero deferente non cogebatur iurare, ſed ſponte iurauit, ſecũdùm quòd habes notare quòd quis poteſt allegare ſuam turpitudinem ab alio detectam, vt hic, cum ſi.

a §. allegatis. Et pro huius [a] declaratione, quia hanc materiam

5 non declarauí tibi in aliquo loco adhuc: ideo dicas, † Aut q̃s

b allegat ſuam turpitudinem [b] contra ſe & ad ſui præiudicium: & tunc auditur: vt l. inde Neratius. §. fin. cum l. ſequenti. §. ad legem Aquiliam. de cuſtod. reo. l. ſi confeſſus. cum ſimilib. & extrà, de conceſ. præbend. c. ex tenore. Aut quis allegat turpitudinem ſuam contra alium: & tunc aut agendo principaliter, & fundando intentionem ſuam ex turpitudine ſua: & non poteſt: vt j. de cõdictione ob turpem cauſam. per totum. de furt. l. itaque fullo. & C. de tranſactio. l. tranſactione. & de ſeruo pigno. dat. ma. l. ſi creditoribus. Aut non agit ex ſua turpitudine, ſed eam allegat excipiendo vel replicando, vel alio modo adiuuando intentionem ſeu exceptionem ſuam: & tunc aut hoc allegat contra eum, qui fuit particeps turpitudinis: & auditur: vt l. de tutela. C. de in integrum reſtitutione

c minorum, & ibi not. Hoc intelligo [c] quando ille cõtra quem allegatur, qui fuit particeps turpitudinis, certat de lucro, & allegans certat de damno. aliàs ſecus: vt l. viro atque vxore. ff. ſoluto matrimon. & l. apud Celſum. §. Marcellus. de do ex

d ceptione. Aut ſuam [d] turpitudinem allegat contra alium: &

e tunc aut eius turpitudo erat aliàs ab alio detecta [e]: & auditur eam allegando, vt hic. Non enim agit hic ex ſua turpitudine: ſed agit ex ſtipulatione de rato ad intereſſe: ad quod probandum adducit ſententiam, per quam docet de ſuo periurio. Ad idem de ſuſpect. tutor. l. antepenul. & de interdict. & rele. l. relegatorum. in fin. Aut non eſt ab alio detecta: & non auditur ſuam turpitudinem allegans: vt dicta l. tranſactione. C. de tranſactioni. cum ſimil. & ibi not. Fallit in caſu extra de præſumptionib. c. tertio loco. & ibi not. Fallit in authen. nouo iure. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. Fallit in l. quiſquis. in fi. C. ad l. Iul. ma. & in quolibet apparet ratio ſpecialitatis. & ideo per

6 prædicta dicebã ſemel, reſpõdendo ad quæſtionẽ. † Quidã [f]

f vendidit poſſeſsionem in fraudem fiſci, vt euaderet pœnam: poſtea volebat eam repetere. Dicebat nõ ꝙ poterat: quia allegabat ſuam turpitudinẽ: vt d, l. ſi creditoribus. C. de ſer. pign. da. ma. & l. filios. C. de reuoc. his quæ in frau. credit. Ego dice-

g bam [g], ſi quidem ab initio fuit venditio vera, tamen in fraudẽ fiſci facta: quia volebam habere pecuniam: quæ melius poſſet celari &c. & nõ poſſum petere reſcindi, allegãdo fraudem & turpitudinẽ meã, q̃ q̃ alius mecũ fraudẽ participaſſet: qa fundo in

do intẽtionẽ meã ex mea turpitudine. Ita loquũtur iura alleg. pro hac parte. Si vero ago rei vendicatiõe, dicens rẽ eſſe meã: tu opponis ꝙ fuit tibi vẽdita: ego replico ꝙ illa venditio fuit ſimulata & imaginaria, & facta in fraudẽ fiſci: & tunc audior, licet allegẽ turpitudinẽ meã: nã eã allego ad coadiuuãdã actionẽ. Itẽ eã allego cõtra te, q̃ eã participaſti. Itẽ ego certo de dãno euitãdo, & tu de lucro captãdo: vt d. l. de tutela. de in integreſti. mi. & l. viro atq; vxore. ſol. ma. & quod no. d. l. apud Celſum. §. Marcellus. de doli exce.

7 † Quartus caſus eſt, qñ pẽdet iudiciũ: tunc dicit gl. magna circa prin. ꝙ interim nõ cõmittit ſtipulatio. Cõtra hoc opp. j. rẽ ra. ha. l. quo eñ. §. ij. & fi. & l. ꝓcurator. la ij. §. fin. & ſic ſtatim cõmiſſa eſt ſtipulatio ad intereſſe totale: nec eſt neceſſe ꝙ expectetur ſnia, per quã doceat de periurio & ſic cautio iſta multum prodeſt reo. Rñdet gl. contrariũ eſt verũ in ꝓcuratore falſo: ſed in procuratore vero non cõmittit, niſi expectata ſententia, hic tenẽdo lec. gl. Sed tenẽdo aliã ꝙ hoc loquatur in procuratore falſo. Rñd. ſecundum Hug. licet gl. de eo nõ faciat mẽtionẽ: tñ referebat Iaco. Butr. ꝙ hic reus noluit ab initio ſtatim agere, ſ. primo ad ſortẽ, poſt ea ad expenſas, vel vſuras: ſed volebat expectare ſnĩam: & ſic agere vno iudicio: quo caſu nõ multũ prodeſt reo ſtipulatio: vt in tribus præcedentib⁹ caſibus apparet. Sed cõtra hoc fortiter oppo. quia ſi fateris ſtipulationẽ ab initio eſſe cõmiſſam ad totã ſortẽ: ergo ſi ex poſtfacto ſequit abſolutoria, vt in primo caſu poſito in gloſ. adhuc remanet actio ad totũ intereſſe: qa nõ extinguitur actio, licet deſinat intereſſe l. q autẽ. §. j. §. ſi quis cau. Ergo ſaltẽ in illo caſu primo multũ ꝓdeſt reo cautio de rato: & ſic eſt falſa doctrina gl. Certe gl. tenet hoc in l. ſi ſiue. §. eũ autẽ. rẽ ra. ha. Et tenẽdo illã opi. nõ poſſumus ſuſtinere iſtã lect. ſed eã ibi reprobaui, & dico ꝙ ſecuta abſolutoria, extinguit actio ab initio cõmiſſa ad totũ intereſſe: qa deſinit mõ intereſſe, & ceſſat dãnũ de ꝑterito: vt l. ſi eũ. §. q iniuriarũ. §. ſi qs cau. Et ſic iſta gl. remanet ſuſtẽtata in oĩbus ſuis caſib⁹, ſiue in falſo, ſiue in vero ꝓcuratore loquat. qñ ergo ꝓcurator egit, & detulit iurm: ſi dñs poſtea veniens vincat, ſiue incũbat, ſiue in vero ꝓcuratore, ſiue in falſo, qualiter cõmittat cautio de rato, habes hic. Qñ vero ꝓcurator venit & litigauit vſq; ad ſententiã, poſtea venit dñs, & ſimiliter litigauit vſq; ad ſnĩam, an cõmittatur ſtipulatio de rato? Dixi vobis per decẽ combinationes, quas per ordinẽ poſui. in d. l. ſi ſine. & ad §. Marcellus. & §. cũ autẽ. & c. Vltimo oppo. & videt ꝙ iſta ſtipulatio cõmittat lite cõteſtata: vt l. amplius nõ peti. j. rẽ ra. ha. Sol. hic loquit in ſtipulatione de rato: ibi in ſtipulatiõe, amplius nõ peti. Qñ autẽ iſtæ ſtipulationes, & ſimiles cõmittant, dic vt p doc. in l. ſi quis maior. C. de trãſac. Ego plenius in d. l. amplius non peti.

8 rẽ ra. ha. † Vltimo quæri poſſet: illa exceptio, tu nõ debes audiri, qa tu allegas turpitudinẽ tuã: qñ debeat ꝓponi, ante litis cõteſ. vel poſt. De quo p Inn. extra de cõceſ. pbẽ. c. cum ſuper.

Seruus.

Seruus & filius in cauſa peculiari poteſt patri & dño prodeſſe, & obeſſe: in cauſa non peculiari põt ꝓdeſſe, ſed obeſſe nequit. h. d. vſq; ad l. qui iuraſſe. Oppo. de l. ſi ſeruus. j. eo. Ad iſtam l. ſeruus. Sol. hic loquit in cã peculiari: ibi in nõ peculiari cã, in qua nõ põt dño obeſſe, niſi in caſibus, q̃ no. C. de pac. ſeruus. & l. fili⁹.

1 *Conditio iurantis, quòd inſpiciatur in pupillo.*
2 *Pupillus quod ex iuramento non obligetur, niſi ſit doli capax.*
3 *Pupillus qui fari poteſt, iurare poteſt.*
4 *Pupillus quando dicatur proximus pubertati. remiſſiuè.*

Vi iuraſſe.

Nõ † inſpicitur cõditio perſonæ iurãtis, niſi in pupillo. h. d. Opp. ad l. iſtã, & videt ꝙ ĩ dubio null⁹ videat deierare: vt l. merito. j. pro ſocio. & l. vlti. C ad leg. Iul. repe. Solu. Dico ꝙ in adulto præſumeret ipſum deieraſſe, ſi apparet contrariũ eius qd iurauit: vt l. alias. §. eo. ſed in pupillo nõ præſumit ꝙ deieraverit, etiã ſi apparet cõtrariũ, etiã ex facto proprio: præſumitur em ꝙ fuerit obligatus: & ꝙ tpe iuramẽti nõ recordetur. Et hoc vult dicere litera hic, dũ dicit, quãuis. Quæro: † vos videtis ꝙ iuramentũ pupilli ſeruatur ad ſuã vtilitatẽ: quid ſi aliquis cõtra ſe iurauerit ſuper aliquo cõtractu: an ſibi prejudicet? Gl. tenet ꝙ nõ, in auf. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer. vendi. ſuper verbo, puberũ. & idẽ in corpore vnde ſumitur. & hoc ar. hui⁹ legis quia pupillus deierare nõ videt: & ſic iureiurando non obligat. Fallit in caſu legis vltimę. j. de li. cauſa. vt dicit gloſſ. Canoniſtæ tñ dicũt ꝙ pupillus doli capax, poteſt deierare: vnde ex iuramento ſuo obligat: vt extra de

a delict. pue. c. j. [a] Quæro de quo pupillo [b]

b loquit hic. Dicit Guil. intelligi † de pupil-

3 lo qui fari poſsit: ſit doli capax, vel non. Nã iuramentũ requirit, vt in auf. de mã. prin. §. ſed neq;. Ergo ſi nõ poſſet fari, nõ poſſet iurare. Quærit hic Guil. qñ dicatur † pupillus proxim⁹ pubertati, de quo

4 per gloſſ. in l. j. j. de noua. & ibi dixi.

1 *Iuramentum patris ſuper obligatione q̃ proſit filio.*
2 *Interrogationi, per quam periurium detegitur, quis reſpondere non cogitur.*
3 *Quis non debet interrogari ſuper eo quod iam deciſum eſt, nec iudex hoc pati debet.*
4 *Præſumptio l. merito quòd non habeat locum ad condemnationem.*
5 *Poſitioni criminoſæ quòd non ſit reſpondendum, & quando. remiſſiuè.*
6 *Iuramentum quòd tollat naturalem obligationem.*
7 *Iuramentum quòd habeat vim nouationis.*
8 *Iuramentum quòd habeat vim factæ ſolutionis.*

Si pater.

Iuramẽtum patris † ſuper obligatione, prodeſt filio: ſecus ſi iurauerit nihil eſſe in peculio. h. d. Opp. ad prin. de l. & hæredi. §. nos autẽ. & l. ſi tibi. §. penulti. §. de pac. Solu. hęc intelligitur ſecundum illas. & ideo diſtingue: Aut iurauit pro filio, vt pro hærede: e aut pro filio vt filio: aut pro filio vt extraneo: vt in gl. & plene dicemus in d. l. ſi tibi. vbi gl. plenius tangit. Secundo opp. ꝙ hic habeat ratio pecu lij ante quæſiti, ſ. tempore iuramenti. Nam ſi pater modo reperitur habere in peculio, interrogabitur, an eſt poſtea quæſitũ. & ſi reſponde- f rit ꝙ ſic, habeo propoſitum. Aut dicit ꝙ non: & eſſet periurus. Si nihil dicit, præſumitur ꝙ nõ ſit periurus: & ſic peculium poſtea quæſitũ. Glo. reſpondet multum

2 no. Dico ꝙ iſtis † interrogationibus non cogitur quis reſpõdere: quia per hoc dete

3 geretur periuriũ ſuum. Itẽ † examinaretur quod iam deciſum eſt, ꝙ iudex pati non debet: vt l. ſi duo. §. idem Iul. §. eod. Idẽ tenet glo. j. de except. rei iudi. l. ſi à te. in princi. Facit quod no. j. eo. l. eũ qui. §. in popularibus. in verbo, per colluſionem. & ibi de hoc tangam. Ad iſtud quod dicit ergo præſumitur non deieraſſe: & ſic poſtea

4 quæſitũ. Rñdeo, huic † præſumptioni nõ f

c eſſe ſtandum: dicit gloſ. ꝙ non licet enim in dubio quantũ ab abſolutionẽ [c] ſtemus huic præſumptiõi, ꝙ quis delinquere nõ

d videatur: vt l. merito. [d] j. pro ſocio. cum ſi-

e mi. tamen quo ad condemnationem [e] iſta præſumptio non ſufficit: vt hic vides in gloſſ. & eſt tex. §. eod. l. ſi duo patroni. in prin. in ver. multum tamen tene bene mẽti determinationem huius glo. Item no-

f ta [f] ex hac gloſſ. ꝙ † poſitioni, per quam

5 quis detegeret delictum ſuum, quis non

g cogitur [g] reſpondere. Et hoc eſt quod dicitur in practica, iſta poſitio eſt criminoſa: & ideo ei non reſpodendum. De quo per Cano. extra de elect. c. dudum. Spec. ponit etiam in tractatu ſuo de poſitionibus. De hoc etiam dixi in l. Marcellus. j. rerum amo. & lege finali. de his quib. vt indig.

a ¶ Capit. j. Adde vltra dicta per Alexã. Panor. conſi. xxxix. libr. ij.

b POMATES. ¶ De quo pupillo. No. ꝙ in iuramento requirãtur verba, facit iudicio meo. glo. l. & per iuſurandũ. in gl. j. ĩ. de acc. tenet Ro. & ibidẽ Pau. l. j. de ver. ob. Corſe. in rub. de iureiur. vj. quæſtio. vbi plene. ¶ Rñdeo huic. Allegatur Bar. cõtrarius conſi. cxvij. inci. accuſati. Sed pro ſolutione vide eiuſdẽ cõcordãtias, cõcor. cccv. incipiẽte, incũbit ei, qui dicit pluralitatem, probare, &c.

P. PAVL. P. ¶ Quantum ad abſolutionẽ. Sequit Roma. conſi. cccliij. in j. col. habes ad Bar. in l. merito. ff. ꝓ ſocio. Fel. in c. fi. in iiij. col. in ij. fallen. extra de præſumpt.

POMATES. ¶ L. merito. Vide Iaſ. in l. pe. C. de pac. col. pen. Pau. de Ca. l. ij a te. in fi. de exceriudi.

¶ Ad condemnationem. Adde & vide Fulg. & Moder. in non hoc. C. vnde cogna. & pro notabili alleg. Soci. in conſil. cxli. col. ix. quod nõ habetur impreſſum.

P. PAVL. P. ¶ Item nota. Vide omnino Bar. conſil. clxxxvij. ibi quedã in cõtrariũ tãgit & vide Bar. ſi. Marcellus. §. j. ff. rerũ amota. in l. fi. ff. de his, qb. vt indig. vbi cõtrarii tenet cũ diſtinctiõe. vide tamẽ etiã Bart. & Bald. & ibi Cur. in l. ij. §. quod obſeruari. de iurã. calũ. vbi late tangitur de materia poſitionum, quia ibi ponit Cur. Bart. fuiſſe ſibi contrarium in iſta materia.

POMATES. ¶ Item nota. Limita octo modis, vt per Georgi. Natam in repe. Cle. ſæpe. §. & quia. xvij. col. de verbo. ſigni. Spec. tit. de po. §. vij. verſic. ſed quid ſi. ꝓbo. Roma. conſi. cccxlix. incip. quæritur nunquid. vbi dicit, ꝙ hoc nõ procederet quãdo talis poſitio fieret ſup aliqua exceptiõe iuratoria.

¶ Cogitur. Adde Bar. in l. ij. §. qd̃ obſeruari. C. de iuramẽ. calũ. & in l. Marcellus. j. rerũ amo. & in l. nõ intelligitur. §. tacite. de iur. fiſc. Bal. in l. j. C. de pe. iudi. vt hic per Alexã. cui adde Barto. conſil. cxciij.

POMATES. ¶ Quæro vtrum. vide bar. conſi. clv. alias clxv. Ale. conſ. xxv. col. ij. vol. ij. & conſi. xc. col. ij. vbi late reprobat Bar. vol. iij. Bar. conſi. clx. incip. Titius promiſit ſempronio.

¶ Quo crediror. Contrarius allegatur Bar. ſecundum Ale. ibi cõſi. clv. inci. Titius promiſit Sempronio. Sed ſolue, quia hic Bar. non firmat pedem: ga vtiſ iſto verbo, forte. Adde Angel. & Mod. ff. a diuo Pio. § ſed ſi emptor. ff. de re iud. & in l. ij. §. creditum. ff. ſi cer. pe. cõcorda vt in concor. ccxxij. incipi. creditor principalis.

P. PAV. PA. ¶ Inſtrumentũ. cõtrarium hic concludit Ale. & Mo. vidẽ etiã Alex. con. xxv. inci. viſo inſtrumento cõtractus. vol. ij. Pau. no. cõſi. pen. & cõtrariũ cõſuluit ad bar. conſi. clv. incip. Titius promiſit. Alias remiſsiones pro & cõtra vide p Mo der. hic & Alexã. in d. cõſi. Fel. in c. ſi cautio. ad finẽ. extra de ſi. inſtr. Barb. in c. ſi. ppe. ſi. extra de ſo.

¶ Tene menti. Addẽ vt per Bar. cõſil. mihi clx. Pau. de ca. cõ. cccxcvj. Alex. cõſil. xxv. libro ſecundo.

In ſententia. Barto. videtur tenere contrarium, quod aliud ſit in ſententia, quã in iuramento. in l. ſina. & in l. adulte. §. ſi eo tẽpore. ff. de adulte. & in l. aduerſus. ff. de arbi. Sed contrarium voluit in lege, ex duobus. ff. de duo. reis. Solutiones plures dãtur, tã per Bald. quam per alios in dicto §. a, fideiuſſore. & Bar. in pluribus locis ſoluit in l. amiſsi. §. fina. ff. de fideiuſſo. tamẽ vi de cõcordantias e. iuſdẽ vbi latius concor. xxxv. inci. Item caſum notabilem.

POMATES. ¶ Poeſt etiam. Facit quod no. Ro. cõſ. lxv. inc. viſo themate. & cõ. ccccl xxxij. incipien. caſu præmiſſo.

POMATES. ¶ Simile dicimus. Si vult Barto. ꝓ teſtis poſsit declarare dictum ſuum ambiguum intellige quãdo iudex hoc faceret ex officio ſuo, & nõ ad inſtãtiam partis quia tunc ſubornatio præſumeretur ſecundum gl. §. penul. & ibi Ange. in aut. de teſt. Secundo intellige quando talis declaratio in totum non annullat actum præcedentẽ. ita bal. in authen. at qui ſemel. C. de probatio. tertio intellige, niſi aliquid poſſet imputari parti, puta qd' feciſſet capitula obſcura: quia tunc teſtis non poſſet declarare: vt eſt textus. lege, veluti. ff. de ꝓdendo.

¶ Rapina. Adde quod conſuluit Ro. conſi. mihi cl.

Iurisiurandi.

No. ꝓ iuſiurandũ perficitur ex cõuentione: & ſic apparet quod tollit † naturalẽ obligationẽ: quia habet conſenſum: vt dixi §. eo. l. ij. Videor enim confiteri, & velle ſic verum eſſe ſi iurauerís. facit j. de pec. l. depoſiti. §. j. † Secundo no. ꝓ iuramentũ habet vim nouationis. In quo autem differant, dic vt in gl. † Itẽ no. quod iuramentum habet vim ſolutiõis: intellige ſcilicet ficte, non vere: vt no. j. eodem. l. proxi. §. j.

Vnus ex reis credendi quod aliter, præiudicet litem teſtando.
Iuramentum delatum ab uno ex reis credendi, quando noceat alteri.
Iuramẽtũ unius ex reis debendi, quando alteri præiudicet.

Dvobus.

Opp. de l. ſi duo. §. ſi quis caut. Sol. intelligo quod iſti duo rei erant ſocij, dicit gl. nõ puto eam verum dicere. Nam per † litis conteſtationẽ vnus ex reis credendi præiudicat alteri, ſiue ſint ſocij, ſiue nõ: vt l. fideicõmiſſa. §. plerunq; j. de legatis tertio. ſed iuramentũ habet vim conteſtat. vt hac ea gl. dicitur: ergo &c. No obſtat l. ſi duo. quia ibi loquitur in alio actu, qui non habet vim conteſtationis. Op. de l. ſi vnus. in prin. §. de pac. St ibi loquitur in pacto: hic loquitur in iureiurando, qd' habet vim ſolutionis: vt §. l. proxi. & vim conteſtationis: vt l. nam poſtea. §. ſi is. qui §. eo. Ideo alteri nocet: quia eſt maioris efficacię † & ideo indiſtincte iuramentũ delatũ ab vno ex reis credendi alteri nocet. Idem puto, etiam ſi ei fuerit delatũ, & ipe iurauerit ſibi deberi: quia aliter correꝰ credendi excluditur: ſicut per lit. conteſta. vt l. ex duobus. j. de duobus reis. † Quid in pluribus reis debendi? Dic vt in §. ſi duobus. j. eadem lege.

Iuramentum fideiuſſoris quando proſit principali.
Fideiuſſor, qui iurauit, quando poſſit repetere à reo principali.
Fideiuſſor ut habeat actionem mandati contra reum, debet docere ſe uere ſoluiſſe.
Iuramentum quod præſumatur præſtitum ſuper re.
Sententia non tollit obligationem naturalem.
Iuramentum tollit obligationem naturalem.
Abſolutoria lata pro fideiuſſore ſuper re, quando prodeſt principali.
Teſtis uocatur, ut declaret eius dictum obſcurum.

A fideiuſſore.

Iuramentũ fideiuſſoris † prodeſt reo principali, ſi iuratum eſt ſuper re: ſecꝰ ſi ſuper perſona. h. d. Op. de l. fideiuſſoris §. de pac. Sol. Aliud in pacto, quam in iuramento: quia iuramentum habet vim ſolutionis, vt hic. Quæro. vtrũ fideiuſſor: qui iurauit, poſsit repetere ab reo principali. Videt † quod ſic: quia videtur ſoluiſſe: vt hic. Contrarium tenet glo. quia iſta eſt ficta ſolutio: & ad hoc vt poſsit repeti, requirit ſolutio vera. Et per hoc forte poſſumus dicere, ꝓ non ſufficeret fideiuſſori, † qui habet inſtrumentum, [b] in quo creditor confeſſus eſt ſe recepiſſe: ſed oportet ꝓ doceat eſſe vere ſolutũ, ad hoc vt habeat actionem mandati. Tene menti. [c] Quæro hic diſtinguitur: aut eſt iuratum ſuper re, aut ſuper perſona. Quid in dubio? † Reſpon. præſumitur iuratũ ſuper re, quia loco ſolutionis cedit. Ita dicit gl. hic. Facit j. eod. l. vltima. & no. j. qua. re. ac. non datur. l. j. §. ſi fideiuſſor. quod nota. Et hoc videtur verum in iureiurando. Secus puto in ſententia. Nam in dubio videtur ſententiatũ, quia non probatum: non quia contractũ: vt l. Iulianus verum debitorem. j. de condictione indebiti. & j. de exceptione rei iud. l. ſi inter. & de lib. cau. l. Diui fratres. ideo ſententia † non tollit naturalem obligationẽ: iuramentum vero ſic: † quia proficiſcitur ex conuentione, & habet vim ſolutionis, quæ tene mẽti. Quæro, vtrum abſolutoria lata ſuper re † quaſi nõ fuerit cõtractum pro fideiuſſore, proſit reo. Dy. ꝓ ſic. Diſtinguamus eodẽ modo in ſententia, quo hic in iuramento: vt no. per Dy. in c. ratihabitionem. circa fi. regulæ, de regulis iuris. lib vj. Richar. Malũ. diſputauit cõtrarium, quod aliud ſit in ſententia: vt l. aduerſus. in fi. §. de arbi. & l. denunciaſſe. §. fina. l. adul. §. ſi eo tempore. j. de adul. & ibi plene dixi. Non obſtat hæc lex: quia aliud in iuramẽto, quod habet vim ſolutionis: vt dixi §.

Si ei qui.

Iuramentum fideiuſſoris de iudicio ſiſti prodeſt principali, ſi agendo contra principalẽ, veniretur cõtra iuramentũ fideiuſſoris: alias ſecus. h. d. Et hoc quod hic dicitur, replicatione emendandum, poteſt intelligi, quod eſt emendandum, id eſt, declarandum per ipſum Iuriſconſultũ diſtinguentem. Poteſt etiam [d] intelligi, ꝓ eſt emendandum per iudicem, coram quo lis agitatur: quia fideiuſſor iurat obſcure, poſtea auocabitur, vt dicat cauſam ſui iuramenti: ex qua cauſa apparebit, vtrum reo proficiat vel non. Simile dicimus [e] † in teſte: vt in auf. de teſti. §. penul. & ibi no. in gloſ. magna. ad quod iſte tex. eſt notandus. Facit quod dicam j. ea. l. §. igitur ſi quis.

Si ex duobus.

Iuramentum vnius ex reis debendi prodeſt alteri. h. d. Opp. de l. ſi vnus. in princi. §. de pact. & l. ſi duo. §. de arbi. Solu. Dicit gl. intelligę ꝓ hic erant ſocij. quod poteſt eſſe verum, quando iuratum eſt ſuper perſona, ſeu ſuper cauſa, quæ eximit perſonam tantum. Nam ſi ſuper re, vel ſimpliciter, indiſtincte prodeſſet: vt §. eadẽ l. §. à fideiuſſore. Quæro, quid ſi vnus ex reis debendi detulit iuſiurandũ. Reſpondeo, alteri non nocet: nec cõtra alterũ ex hoc iurciurãdo poſſet agi, vel executio fieri, ſicut nec ex ſententia: vt C. de fideiuſ. l. ſi. in fine. noceret tamen alteri quo ad interrumpendã præſcriptionẽ: vt l. ſi. C. de duo. reis. De his quæſtionibus pleniſsime dixi in materia de duo. re. & ſpecialiter in l. ex duobus. j. de duobus reis.

Exceptio.

Ex iuramento oritur exceptio contra omnem actionem, quæ oritur ex eadem cauſa, ſuper qua iuratum eſt hoc dicit.

Rapina eſt furtum, ſed non econtra.
Ad poſitionem ſpecies ſequitur poſitio generis.
Remota ſpecie, non cenſetur remotum genus.

Si quis iurauerit.

Ad remotionẽ ſpeciei, non ſequitur remotio generis. h. d. Opponitur † quod rapina eſt furtũ: vt Inſti. vi bonorũ rap. in prin. Sed hic dicitur ꝓ eſt aliud. ergo &c. Gloſſ. ſoluit, eſt aliud, id eſt, eſſe poteſt. & verum dicit. Tamẽ clarius dic † quod ad poſitionem rapinę, quę eſt ſpecies furti, ſequitur poſitio generis. Bene enim dico, rapina [f] eſt: ergo furtum eſt: ſicut homo eſt: ergo animal eſt. Ita loquitur lex cõtraria. Sed † ad remotionẽ ſpeciei, non ſequitur remotio generis. Ita loquitur hic.

Colonus.

Idem dicit quod §. exceptio. in ſumma: tamen ponit aliud exemplum.

Quæ iurauit.

Exceptio iuriſiurandi obſtat, ſi agatur alia actione, in qua venit examinandũ quod in prima fuit deciſum. alias ſecus. hoc dicit.

Iuramentum unius quando proſit alteri uel noceat.
Propter obſcuritatem cauſæ iuramenti, quando ſtetur declarationi iurantis?

Senten

Sententia lata contra principalem, quod mandetur executioni contra fideiuſſorem iudicatum ſolui.

Igitur ſi quis.

Iſtum §. ſummaui cũ præcedenti. Oppo. in dubio videtur iuratum ſuper re ipſa: vt no. §. ea. l. §. j. ergo quando iuratũ eſt, dari nõ oportere, in dubio videtur non poſſe conueniri ex ſtipulatione: quaſi ſuper re ipſa ſit iuratum. ſed in tex. hic dicitur contrariũ. quare male. Rñ. illud quod dicitur, in dubio videtur iuratum ſuper re, intelligitur, id eſt, ſuper contractu. quaſi dicat non eſſe celebratum contractũ de quo agitur. Ita dicit glo. in d. §. à fideiuſſore. non intelligas ſuper re, quaſi ſit ſolutũ. Nunc in propoſito, poſito ꝓ iuratum intelligat ſe dari nõ oportere, quaſi ſtipulatio iudicatũ ſolui non ſit interpoſita: hoc non facit præiudiciũ agẽti ex re iudicata: quia non deuoluitur in ſecundo iudicio, quod eſt in primo deciſum. Aduerte, & ſecundo opp. & videtur ꝓ nõ ſit ſimpliciter reſpondendũ exceptionem iuriſiurandi non obſtare: ſed debeat iterũ vocari ille qui iurauit: & interrogari, qua ex cauſa iurauerit: vt §. ea. l. §. ſi ei qui. Solu. intellige iſtam ſecundũ illã. Vel dic, & forte melius: qñ dubitatur vtrũ † vnius iuramentum proſit alteri, vel nõ, propter obſcuritatẽ cauſæ: tunc recurritur ad iurantem: vt l. contraria. Simile dicimus in teſte. vt ibi dixi. Sed † dũ dubitabitur, vtrum proſit eidẽ iuranti in alia cauſa: tũc non eſt ſtandũ declarationi eius: imo in dubio ſibi non proderit, niſi expreſſe probet ſe iuraſſe ex cauſa quæ ſibi proficiat, vt hic in tex. Ratio: ne ſit in eius poteſtate eludere iudiciũ: vt l. inter ſtipulantẽ. §. Stichũ. j. de verb. obli. Nec obſtat §. de iudi. l. ſi qs intentiõe. quia hic nõ ſunt verba ambigua, ſed clara. De cauſa autẽ dubitatur. Vltimo dicebat Iaco. But. ꝓ hic eſt caſus, ꝓ ſententia † lata contra principalẽ, non mãdat executioni contra fideiuſſorẽ iudicatũ ſolui. Nam dicit tex. poteſt enim fieri: vt nõ ſit commiſſa ſtipulatio iudicatum ſolui, licet res iudicata ſit. Et in veritate multũ facit pro iſta opi. Ego tamen determinaui contrarium, in l. j. i. iud. ſol. & ibi late dixi, & reſpondi ad hanc legem.

Item Pomponius.

Rationem huius §. dic vt in gloſſ.

Iuramento poſteriori etiam contrario quòd ſtetur.
Diſpoſitio huius legis an habeat locum in omni iuramento.

Item cum.

Iuramento † poſteriori, [a] etiam cõtrario primo, ſtandum eſt. h. d. cum l. ſeq. † Quæro vtrum hęc lex habeat locum in omni iuramento. Guil. de Cu. dicit ꝓ non habet locum in omni iuramento neceſſario, quod defertur in defectũ probationis: vt l. admonendi. j. eod. Illud enim tantum ad probationẽ inducitur: & ideo ſi primo eſſet delatum iuramentum reo, poſtea actori, vel econtra, vna probatio tolleret aliã: vt l. ſcripturæ. C. de fid. inſtru. & l. eos. §. j. j. de fal. & dicã in d. l. admonendi. j. eo. Et ſic diſtinguit ipſe, ꝓ in iuramento voluntario, & iudiciali præualet vltimũ: in neceſſario nõ præualet vltimũ. Sed ſi vnum eſt neceſſariũ, aliud volũtariũ: tũc ſi voluntariũ eſt, vltimũ preualet: vt hic. Secus ſi neceſſariũ eſt vltimũ: qa nõ põt iudex ſua volũtate tollere q̃ſtionem de voluntate partium deciſam. d. l. admonendi. in fin.

Qui in uno grauatur, in alio releuatur.
Quando grauamen eſt cauſa commodi, ſublato grauamine ceſſat commodum.
Nolle iurare eſt iuſta cauſa.
Si reus, qui primò negauit delictum poſtea confeſſus eſt, quòd non habeat beneficium ſtatuti, & iudex recuſare poteſt.
Iuramentum, quòd habeat uim nouationis.
Si reus poſt probationem actoris confiteatur, iudex poteſt illam confeſsionem reijcere.
Si iudex poſt primam negationem rei admiſit eius cõfeſsionem, poteſt adhuc maleficiũ probare per teſtes, & reus amittet beneficium confeſsionis.
Quæ inficiatio facit creſcere condemnationem.
Qualitas negata quando faciat creſcere condemnationem.
Reus, qui confitetur per torturam, licet primo negauerit, uel contra ipſum ſit deuentum ad iuramentum in defectum probationis, non punitur ut negans.

Vm qui.

[b] Qui in vno † grauatur, in alio releuatur, & ecõtra. Vel melius: Qñ † vnum grauamen eſt cauſa alterius commodi, ſublato grauamine ceſſat cõmodum. h. d. Primo ponit dictum. Secundo illud probat per tres rationes. Hæc diuiſio tangitur in gloſſ. ſuper verbo, abunde. Prima pars põt intelligi duobus modis. Primo, egi contra te lege Aquilia: negaſti: demũ detuliſti mihi iuramentũ: & iuraui. queritur an in hoc iudicio legis Aquiliæ fiet cõdẽnatio in duplũ, vel in ſimplũ. a Et reſpondetur ꝓ in ſimplũ. Secũdo modo poteſt intelligi, ꝓ nõ quęriũ de actione legis Aquilię, ſed de actione quæ oritur ex iureiurando: vtrũ detur ad duplũ, vel ad ſimplum. Et reſpõdetur ꝓ ad ſimplum. Et ad iſtud vadit opi. gl. de l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. §. ſi quis cau. Reſpondeo ꝓ ibi vna actio accedit alteri acceſſoriæ: hic hæc actio accedit alteri principaliter, & ex diuerſis principijs. Nã actio legis Aquil. datur: quia damnũ datũ eſt. Actio iuriſiurandi datur: quia iuratum eſt. Secũda particula ibi: abunde eẽ. nõ habet varietates. Dicit enim ꝓ ideo nõ ſit cõdẽnatio ad duplum: quia ideo illud ſit, quia propter negationẽ actor grauatur onere p bandi: ſed per iuramentum releuatur ab illo onere: ergo ceſſat condemnatio dupli. Et hæc ratio eſt cõis ad vtrãq; lect. poſitã in p̃cedẽti ver. quod facit ad multa: vt j. dicam in ver. cũ omiſſa eſt duplex lect. Poteſt eẽ intelligi anteq̃ ſit iuratum: & tunc iſta ratio talis eſt: Non põt torqueri actor de prædicto tali ſtatuto, per quod perdit condẽnationẽ dupli: nã eſt in eius poteſtate non iurare: & ſic hãc partẽ edicti omittere, & p bare per teſtes: & ſic remaneat ſibi integra actio legis Aquilię. Ex qua lect. not. † ꝓ iuſta cã eſt nolle iurare: quia per hoc effectus cõdẽnationis minuitur, quod facit ad ea quę no. in l. manifeſtæ. j. eo. † Secundo no. ad illud, qd' tota die occurrit: ſi reꝰ in prima cõparitione negauit, in alia poſtea venit, & vult cõfiteri, vt habeat beneficiũ cõfeſsionis ex forma ſtatuti: põt dicere iudex, vel accuſator: nolo cõfeſsionẽ c tuã: qa per hoc cõdẽnatio tua minuitur. Caſus eſt hic d. Nã c ille, qui defert iuramentũ, videt cõfiteri, ſi aduerſarius iurauerit l. q iuraſſe. in fi. §. eo. tñ ſicut non cogitur hic quis recipere talem delationẽ iuramenti: ita non cogit d recipere tal em confeſsionem. Hic eſt caſus ibi, cum omiſſa. & in glo. ibi poſita ſuper illo verbo &c. Secundo modo põt legi iſte verſi. vt loquatur poſt iuramentũ præſtitũ: & tunc ratio eſt talis: Non põt conqueri actor, e ꝓ per tale iuramentum ſibi ſit paratũ præiudicium: quia ſi vult omittere ius ſibi quæſitũ ex hoc iuramento, & probare per teſtes, adhuc remanet integra actio ad duplũ. Iſta lect. ponitur in hac eadẽ gloſſ. Vide eã ibi, quid autẽ ſi poſtea &c. Contra hanc lect. facit quia † iuramentũ habet vim nouationis: vt l. q iuraſſe. in fi. §. eo. ſolu. nouatio hæc nõ tollit primã: vt ibi no. Ex qua lectu. no. † ꝓ ſi poſt probationẽ actoris reus vult cõfiteri, poteſt dicere actor, ſeu accuſator vel iudex inquirens, Nolo vti tua cõfeſsione: ſed volo vti probationibus factis per teſtes. Not. etiam ꝓ † ſi iudex poſt primam negationem admiſit cõfeſsionem rei, adhuc poteſt maleficium probare per teſtes: & reus admittet beneficium confeſsionis. Sic vides hic, quod etiam poſt iuramentum præſtitum actor poteſt facere probationem per teſtes. Et ſemper aduerte: quia dico poſt primam negationem. Nã ſi in prima reſponſione, ſeu comparatione conficeretur, non eſt dubium, quod ſibi tale beneficium prodeſſet: nec ſibi tale beneficimm tolli poſſet. In verſi. & poteſt dici. Iſte verſicu.

¶ Poſteriori. Inquãtum Alex. hic tãgit q. de muliere q̃ primo iurauit non alienare: quod ſi alienet & iuret, ꝓ ſtari debeat primo, per glo. in c. mulieres. adde Bal. cõſi. cxviij. libr. iij. vbi limitat illam gl. procedere, qñ cõtrahens habet notitiam primi iuramẽti. alias ſecus: quia eſſet in poteſtate mulieris decipere cõtrahentes. incipit, quædam mulier.

POMATES. b ¶ Eum qui. Adde ſimilia per Barba. cõſi. lj. j. col. vol. ij. Ale. cõſi. xxix. col. ij. vo. iij. & cõſi. c. j. col. eo. volu. vbi ponit aliqua ſimilia. Felin. in c. de hoc. de ſimo. colum. ij.

P. PAVL. P. b ¶ Eum qui. Circa iſtã materiã: an ſtante ſtatuto ꝓ negans punię durius, confitens mitius: ſi aliqs cõteatur factum, & neget qualitatẽ: an puniatur vt negãs, an vt confitens, vide Bar. in vij. quæſ. incip. per Italiam cõmuniter ſunt ſtatuta. vbi late tangit ꝓ ille, qui ex aliquo actu recipit cõmodũ, non poteſt recuſare onus. vide Flo. in l. nã tatis. in fin. ff. quẽad. ſeruit. amittit. per illum textũ.

POMATES. ¶ Confeſsionẽ. Adde Ro. conſil. lix. vlti. col. & conſil. cclv. in fin. Alexã. conſil. lxxxiij. ij. col. vol. j.

¶ Eſt hic. Adde ꝓ in hoc Alex. tranſit cũ opi. qd' poſt litẽ conteſtatã non poſſit confiteri: non ſolum in terminis ſtatuti, quando vellet cõſequi præmiũ: ſed etiã i terminis huius legis, per §. item miſta. Inſti. de actio. & & l. electio. §. necq̃. de noxa. Et hanc opi. dicit tenere glo. in l. de ætate. §. fi. de interrog. act. hic per eum.

POMATES. e ¶ Cõqueri actor. Intellige vt a parte eius, qui iuramentum detulit, non autem eius, qui ſuſcepit: qa ipſe bene poteſt cõqueri, omittendo ius acquiſitum ex iuramento.

POMATES.
a ¶ Quę inficiatio. Vide quę ſit inficiatio, quæ pręſtet augmẽtum actionibus, pulchre Bald. c.i.§. porro. col. iij. q̃ fuit pręcaua beneficij amit.
P. PAV. P.
b ¶ Aliqua qualitas. vide circa hoc Bart. in diſputatione, de qua ſcripſi ſ. in prin. huius legis ad Bart.
POMATES.
c ¶ Quid tamen. vide Aret. l.j. col. iiij. ỹ. de vulg. & pup.
POMATES.
d ¶ Vt negans. Adde in materia huius regulæ gl. in c. fraternitatis. xij. q. ij. p Alexand. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler. de ver. ob. Ro. cõſi. lix. incipiẽ. ad diſcutiendum. in fi.
POMATES.
e ¶ In popularibus. Vide ad iſtum text. ca. lator. viij. colũ. de re iud. & in rubr. de ſpon. in fin.
P. PAV. P.
e ¶ In popularibus. Vide de materia Roma. conſi. ccxiij. vbi gñaliter ponit quæcunque res ſit finita inter aliquos an alijs præiudicet.

poteſt legi duobus modis, primo vt dicat ſic: ratio quare condẽnatio debet fieri ad ſimplũ, eſt: quia maleficiũ nõ probatur vere: ſed iuſiurandũ actoris habetur pro veritate: & hoc modo refertur ad primã caſus poſitionẽ, quã feci in prin. legis. Secundo modo poteſt intelligi: vt referatur ad ſecundã caſus poſitionẽ factã in princ. & tũc erit ratio talis: In actione legis Aquiliæ eſt q̃ creſcit per inficiationem. ſed iſta nõ eſt actio legis Aquiliæ, ſed actio in factũ ex iuramẽto. q̃d patet ex medio concludendi: nã in iſta nõ cõcludit, quia dãnũ eſt datũ, ſed quia eſt iuratum. Expedito tex. & apparatu circa hãc legem quero in his quæ creſcunt per inficiationẽ, quæ inficiatio † eſt illa quæ creſcere facit. Rñdeo, ſi negat ipſum factũ, & hoc ſine dubio: vt l. ij. ſ. ad leg. Aquil. & l. contra negãtẽ. C. ad le. Aquil. Inſti. de act. §. itẽ miſta.
b Item ſi negetur aliqua qualitas b, per quã facti ſubſtantia alteratur: vt puta: ſi accuſas me de vno menſe: ergo confiteor me illud feciſſe, ſed non in illo mẽſe, vel nõ in illo loco: nego eũ illud totũ factũ q̃ ponitur, vt plene dixi. j. de adul. l. denũciaſſe. §. quid tñ c. Idẽ ſi nego aliquam qualitatẽ, † per quã cõdẽnatio perimit, ſeu minuit. Sicut enim ille, qui debet rem, ſi eã ſoluiſſet, cũ diminutione alicuius qualitatis, nil ſoluiſſe videtur: vt l. Iulianus. §. j. de verb. obli. & l. etiã. de ſol. ita qui confitetur cum diminutione alicuius qualitatis. Ita intelligo q̃d no. per gl. Inſti. de actio. §. item miſta. Hoc tamen quod dico de qualitate negata intelligo, ſi erat talis qualitas, quam ſcire debebat probabiliter. Secus ſi potuiſſet probabiliter ignorare. Nam cum id quod cõdemnatio creſcat, ſit in pœnam mẽtientis: ſi non præcederet delictum in negando, non deberet ſequi pœna, quæ ſine delicto non eſt: vt l. aliud eſt fraus. j. de verb. ſig. & per hoc vides in lege Aquil. ſi aliquis confitetur ſe dediſſe dãnum, negat tñ æſtimationẽ, quæ ab actore vel accuſatore dicitur, ex hoc non condẽnet in duplum: vt probat in l. inde Neratius. §. fi. cũ ſeq. & l. proinde. §. fi. cũ ſeq. ſ. ad le. Aqil. Sic intelligo quod no. in d. §. item miſta. ſecundum aliam opi.

1 *Soluens ſcienter quod non repetat, & an hoc caſu ſit vera donatio, & egeat inſinuatione. remußtiuē.*
2 *Indebiti quatuor ſunt ſpecies.*
3 *Soluens quòd defalcatur per falcidiam dicitur ſoluere naturaliter debitum: quia eſt naturaliter debitum.*
4 *Quod defalcatur per Trebellianū, dicitur debitū naturaliter, & ſoluēs nō repetit.*
5 *Quod defalcatur per legitimam portionem filio uel patrono nullo iure eſt debitum & ſoluens quocunque errore repetit.*
6 *Legatum factum in teſtamento non ſolenni quod dicitur debitum naturaliter.*
7 *Obligatio naturalis quod naſcatur ex teſtamento nō ſolenni, ſicut naſcitur ex ſtipulatione non ſolenni.*
8 *Hæres cum legatarijs quaſi contrahit.*
9 *Quid ſit dicere aliquem naturaliter obligari.*
10 *Obligatio naturalis quod etiam ſine conſenſu contrahitur ubicunque æquitas naturalis hoc dictat.*
11 *Ex teſtamento condito per pupillum non oritur naturalis obligatio: nec ex eo quòd deficit præteritione filij quem teſtator ignorabat. & nu. 12.*
12 *Verus debitor liberatur per ſententiā, an remaneat naturaliter obligatus. et nu. 15.*
13 *Exceptio rei iudicatæ quod ſit exceptio iuris & non facti.*
14 *Naturalis obligatio quæ ſecum habuit ciuilem ab initio quod ciuili ſublata cōſeruat actionem quam cum ciuili produxerat.*
16 *Indebitum ciuiliter ſed naturaliter debitum, ſi per errorē ſoluatur, an poßit repeti. & nu. 17. ubi quod ſic.*
18 *Debitum naturale quod opponi poteſt compenſando contra petentem, non contra petentem.*
19 *Aequitas in ſpecie quod præferatur æquitati in genere.*
20 *Debitor ex chyrographo ſeu ex literarum obligatione ante biennium: an ſit naturaliter & ciuiliter obligatus: & tenet quod non: naturaliter & ciuiliter ſic. numero 21.*
22 *Actio quòd oriatur ex ſola ciuili obligatione.*
23 *Pactum de non petendo quando tollat naturalem obligationem.*
24 *Ex ſententia condemnatoria quòd non oriatur niſi obligatio ciuilis.*
25 *Indebitum naturaliter ſed ciuiliter, debitū ſi ſoluatur per errorem, an poßit repeti.*
26 *Indebitum utroque iure ſolutum quibus caſibus non repetatur.*
27 *Debitum utroque iure ſed indebitum ope exceptionis ſi ſoluatur quando repetatur, & nume. 29.*
28 *Exceptio Macedoniani & Velleiani quòd non tollat naturalem nec ciuilem obligationem: & ibi de ratione.*
30 *Interuſurium medij temporis quod quis poſſet lucrari quòd inducat retentionem & actionem.*

LEX I.

c Vnc videndum. Soluens indebitum[c] ignoranter, repetit
1 ſcienter nō. h. d. Circa hanc legē quæro: † dicit' hic p ille qui ſoluit ſcienter nō repetit, an hæc ſit vera donatio, ita q; egeat inſinuatione qñ excedit quingentos aureos, prout dicimus de alijs donationibus? Dic vt no. per gl. in l. j. j. de dona. & ibi plenè dixi. Itē quæro quotuplex ſit indebitum: & quo errore ſolutū poſsit repeti. Dic vt in gloſ. hic, & l. cuius per errorē. j. de reg. iur. & l. cū qs. C. de iur. & fact. igno. vbi plenè per gl. & per doc. & ibi ego vltra alios pleniſsimè dixi & hic repetā. Pro glo. ergo & pro tota materia declarāda
2 debes ſcire † q; quatuor ſunt ſpecies indebiti. Quoddā eſt indebitum ciuiliter, ſed naturaliter debitū, de quo hic, Quoddā eſt econtra. Quoddā eſt indebitū vtroq; iure, ſcilicet ciuiliter & naturaliter. Quoddā eſt indebitū ope exceptionis, ſed ciuiliter & naturaliter debitū. Circa quæ videamus exēpla & qualiter per errorē ſolutū repetatur. Circa primū gl. ponit exēplū
3 in eo † quod defalcaē per Falcidiā. [d] alle. l. error. C. ad leg. falci.
d Cōtra iſtud dictū inſurgūt Vltramon. vt Pet. dicētes q; illud non eſt debitū ciuiliter nec naturaliter. Nā lex falcidia reſecat legata ipſo iure, vt l. Plautius. & l. linea margaritarum. ad leg. Falci. & l. j. §. ſi qs ex mortis. j. quorū lega. Præterea quando lex reſiſtit obligationi, nec ciuilis nec naturalis oritur obligatio, vt l. nō dubiū. C. de legi. & l. ſi nō ſortē. in prin. j. eo. & l. cū lex. j. de fideiuſ. Sed lex falci. reſiſtit legatis ne excedāt dodrantē, vt l. j. ff. ad leg. falc. ergo nullo iure debetur. Gul. tenet glo. iſtā. Nā in legatis volūtas teſtatoris debet inſpici l. in cōditionibus primū locū. de condi. & demōſtr. ſed de iure antiquo permittebatur legare quātū volebat, ſed ſuperuenit lex Falcidia quæ eſt cōtra voluntatē teſtatoris, vt j. ad leg. falci. l. Titia. & l. ſi patronus. §. j. de dona. Remanet ergo volūtas teſtatoris quod ſoluat': & ſic debetur naturaliter. Idē tenet Iaco. Bu. Cy. recitat Petr. in d. l. cū quis. C. de iur. & fact. igno. Similiter ego
e dico opi. glo. noſtrarū eſſe veriſsimā: primò per caſum expreſsum C. ad leg. falci. l. j. [e] vbi dicitur q; qui ſoluit illud qd poterat per falcidiā reſecari, non ſoluit plus debito: nec poteſt per condictionē indebiti illud repetere: ergo apparet q; erat aliquo iure debitū ciuiliter, nō propter legem Falcidiā. ergo reſtat q; erat naturaliter debitū. Præterea probo ſic. Donari videtur qd iure nullo vel nullo cogente imperio cōceditur, vt l. donari. de dona. ſed ſi illud quod defalcat' per legē Falcidiam nullo iure eſſet debitū, eſſet donatio. Sed hoc eſt falſum: ga nō eſt donatio, vt d. l. j. C. ad legē fal. ergo naturaliter debitū. Solutio, non eſt donatio, vt l. hoc iure. §. penul. j. de donatio. Pro hoc facit optimè l. ſi patronus. §. de illo. de donatio. vbi eſt caſus, & ibi tetigi. Ad cōtraria dum dicit Pe. q; lex falcidia reſecat ipſo iure doc. non reſpon, Ego dico Falcidia reſecat ipſo iure quo ad dominium, non quo ad obligationem naturalem, vt §. probatum eſt. Non obſtat quod dicūt q; lex reſiſtit obligationi: quia hoc eſt falſum. Dicit enim lex falcidia q; qs poſſit legare quantū vult dummodo apud hęredē remaneat quadrans. hic non prohibet teſtatorem vltra legare, ſed præcipit apud hæredē debere remanere quadrantē. Præterea hoc eſſe verum apparebit in quæſtione quam facia de teſtamento non
4 ſolenni. Ex prædictis cōcludo glo. verū dicere. † Extra quæ-
f ro, [f] quid de eo quod defalcatur per Trebellianicā? Reſpōdeo quòd eſt debitū naturaliter: & eius ſolutio non eſt donatio, vt
5 eſt text. in l. debitorem. de his quæ in frau. cre. † Item quæro quid de eo quod defalcatur per legitimā portionem debitam filio vel patrono? Reſpondeo: nullo iure eſt debitum. Quod appa

apparet: quia quocunq; errore ſoluatur, repetit'. Tex. eſt in l. ſi
a patronus. in prin. Sumus expediti[a] de primo exemplo gloſ.
6 † Secundū exēplum gl. eſt de legato relicto in teſtamēto nō ſolenni. Dicit gl. q; eſt naturaliter debitū, vt l. fideicōmiſſum. j. eo. & vide gl. ibi, vel dic in voluntate nō ſolenni. Petrus dicit q; id non eſt verum. Nam obligatio naturalis contrahitur conſenſu, vt l. j. de pact. & l. in his. §. Imperator. j. de ſol. ſed in propoſito teſtator hoc nō conſentit: quia nō grauauit veniente ab inteſtato. Item hæres nō conſentit: quia nō eſt veroſimile q; velit obligari. Præterea dicit Pet. quando id quod agitur peccat in ſui forma, nō cauſatur ciuilis nec naturalis obligatio, vt l. j. §. ſi quis ita. de verb. obli. ſed hic teſtamentū peccauit in ſui forma: ergo non cauſatur ciuilis nec naturalis. Et per hoc apparet q; quædam æquiparatio quam facit gl. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. igno. per quam concludit q;
7 † ex teſtamento non ſolenni naſcitur naturalis obligatio eo q; ex ſtipulatione nō ſolenni oritur naturalis nō eſt bona. Et in hoc ſtat Gul. cùm Petrus aliqualiter tñ limitat Gul. & di-
8 cit ſic: † hæres non contrahit cum legatarijs, ſed quaſi contrahit l. apud Iulianum. in fi. quib ex cau. in poſ. eatur. & Inſti. de oblig. quæ ex quaſi contractu. §. hæres. & l. ex maleficijs. §. hęres. §. de actio. & oblig. ita q; cùm non ſit verus conſenſus, nec verus contractus, poſſumus dicere q; non ſit naturaliter obligatus, ſed quaſi naturaliter. Iacob. But. tenebat gloſſ. dicebat ipſe quòd hæres & defunctus præſumitur vna & eadem perſona, vt in auť. de ſureiur. à mo. præſti. in princi. ſed defunctus conſenſit quòd legatarius haberet legatum, ergo hæres. & ſic conſenſus inducit naturalē obligationē. Ego dico glo. dicere
9 veritatem pro cuius euidentia † quero quid eſt dictum aliquē naturaliter obligari. Dicit lex, is naturaliter tenetur qui iure gentium tenetur, vt l. cùm amplius. §. j. j. de reg. iu. l. Stichum. §. naturalis. de ſolu. Sed ego reperio q; relictum in minus ſolenni teſtamento remanet debitum de iure gentium, ſi poteſt probari relictum per duos teſtes: ergo naturaliter debetur. Probo minorē. Conceſſum eſt priuilegium militibus vt poſſint teſtari quomodo velint, detracta omni ſolennitate iuris ciuilis & eos reponit in priſtinum ius gentium, vt l. j. de teſta. milit. ſed teſtamentum militis probatur per duos teſtes etiam non rogatos, vt no. in d. l. j. & l. Lucius. & l. Diuus. eo. ti. Ergo apparet q; valet relictum factum coram duobus teſtibus de
10 iure gentium. † Præterea obligatio naturalis contrahitur quandoq; etiā ſine conſenſu, vbicunq; æquitas naturalis, hoc eſt de iure gentium hoc dictat exemplum. Gero negotia abſentis vel furioſi vel ignorantis expendendo vtiliter pro eo. Certè ipſe & naturaliter & ciuiliter mihi obligatur per tit. de neg. geſt. l. iij. & §. ſi furioſi. de neg. geſt. Præterea ex maleficijs quis obligatur ciuiliter & naturaliter. & dicitur hoc eſſe æquum ex æquitate, vt l. non ſolùm. §. j. de iniur. & tamen ille qui delinquit & in quem delinquitur non conſentit. æquitas ergo naturalis eſt quę producit hanc naturalem obligationē. Facit l. j. §. ius naturale. §. de iuſti. & iure. Sed de iure naturali eſt æquum q; hæres impleat voluntatē teſtatoris quātuncūq; non ſit ſolennis: ergo tenetur hæres de iure naturali. Pro hoc expreſsè l. in teſtamento. de fideicom. lib. & l. ſi. de reb. eo. qui ſub tut. vel cura ſunt. & l. ij. C. de fideic. l. ſi. eo. tit. prout loquitur de eo qui noluit ſolenniter teſtari, vt inſti. de fideic. hær. §.
b ſi. Per hoc apparet[b] reſpōſum ad id quod dicunt q; deficit hic conſenſus. Non ob. quod dicunt qñ id quod agit peccat in ſui forma, nō oritur obligatio naturalis: quia debes ſcire q; in vltima voluntate quædā eſt forma ſubſtantialis, vt defuncti voluntas: & ita adeſt in quæſtione propoſita. & de illa loquitur ratio facta in cōtrarium qñ ceſſat, ſed hic non ceſſat. Quædā eſt forma probationis, vt q; ibi ſint ſeptem teſtes: & ſi. & iſta licet ceſſat, nō tamen ceſſat obligatio naturalis, ſed ceſſat, pba
11 tio quātū ad obligationē ciuilem. Præterea dico † q; vbicūq; teſtamentū nō eſſet ſolēne propter formę ſubſtātialis defectū, vt quia pupillus, & furioſus, nō oritur obligatio naturalis: qa ceſſat forma ſubſtātialis, nec de iure gētium eſt æquum quod probatur naturaliter, vt l. ſi. C. de teſta. mil. vbi pupillus miles nō poteſt teſtari, licet ei remiſſa ſit omnis ſolēnitas iuris ciuil.
12 et ſic in ſtatū iuris gentium reponit'. Idem dico † ſi teſtamētum deficit ex præteritione filij quē teſtator ignorabat habere: qa

præſumimus volūtatem ceſſare, vt l. ſicut a
certi. & l. ſi cùm vel in vtero. C. de teſta. milii. Et ex hoc apparet q; id qd reſecat' per legem falcidiā & Trebel. de quibus §. dixi, eſt debitum naturaliter, quia de iure gentium remanet debitum: & ſic gloſſ. noſtra
c remanet ſuſtentata. [c] † Tertium exēplū
13 ponit gl. in l. Iulianus. j. eo. in vero debito re abſoluto per ſententiam: tunc enim ciuilis tollitur & remanet naturalis, vt l. Iulianus. in princ. j. eo. Pet. contra dicens q; remanet vtroq; iure debitū: nam cōtra actorem obſtat exceptio rei iudicatæ, vt in toto titulo de except. rei iud. ſed exceptio
b præſupponit actionem, vt l. ij. de except. ergo remanet ciuilis quia naturalis ſola nō poteſt parere actionem. de act. & oblig. l. naturales. & de fideiuſſ. l. fideiuſſor. & l. iuris gentium. §. quinimo. de pact. Præterea actus non operatur vltra intentionem agentis, vt l. non oīs. ſi certum peta. & l. fin. ne vxor pro marito. Sed iudex abſoluens non intendit aliquē liberare, ſed oſtendere & declarare ipſum liberatum: ergo nō inducitur liberatio. Et iſtæ rationes iſto loco poſitæ ſunt ſuę. Contrarium puto: & text. videtur expreſſus in d. l. Iulianus. in prin. j. eo. Præterea, ſicut condēnatoria inducit obligationem ex qua oritur actio: vt l. iij. §. idem ſcribit. de pec. eadem rōne & abſolutoria tollit ciuilem. Pet. nititur rñdere ad hoc: de qua ſol. non curo. Ad rationes Pet. rñdeo ex dictis eius. Ipſe tenet quòd exceptio rei iudicatæ ſit exceptio intentionis ſeu facti, nō iuris: vt no. ipſe in l. except. C. de except. Sed poſito q; ſit iuris, prout eſt verū: non ergo ſequitur q; remanet ciuilis: & ad probandum dicit, natura
14 lis † nō eſt ſufficiens ad producendam actionem, concedo: ſed hoc eſt verum in naturali, quæ nunq; habuit ſecum ciuilem: ſed ea quæ habuit ſecum ciuilē ab initio, p duxit actionem: & adhuc poteſt eam conſeruare ciuili ſublata: vt not. in l. ſi vnus §. c
pactus ne peteret. in glo. in verſ. ipſo iure. de pact. & probatur in exemplis de muliere & viro. mulier quæ nunq; fuit nupta viro, non poteſt parere filium: ſed ea quę fuit nupta ſemel, bene poteſt parere filiū: & conſeruat filium etiā viro extincto. Ita in propoſito, obligatio ciuilis habet ſe ad obligationem naturalem vt cauſa agens: obligatio naturalis habet ſe ad ciuilem vt cauſa patiens ſeu materia, ex qua iure ciuili producitur actio. vnde ſublata ciuili, quæ producit actionem, tamen pōt remanere actio. Non obſtat quod dicitur, actō non operatur, &c. quia concedo. quod ſubdit, iudex non intēdit eum abſoluere, nego: quia imò intendit imponere finem liti, & facere hoc quòd ciuile ius amplius non obſtet: quinimò ſi iudex hoc non exprimat, intelligitur: vt l. quid tñ. §. j. de arb.
15 His præmiſsis, debemus ſcire † q; aut iudex abſoluit: quia actor non probauit: & tūc tollitur ciuilis & remanet naturalis. Ita loquitur l. Iulianus. in prin. j. eo. Quandoq; abſoluitur re', quaſi nullo modo deberet: & naturalis nō tollitur: quia iudex non poteſt: vt Inſt. de iure natu. §. ſed naturalia. Quidam tamē dicunt q; quia res iudicata inter partes habetur pro iudicata veritate, vt l. res iudicata. & quod ibi not. j. de regul. iur. Iſtam naturalem obligationem pars non poterit allegare cōtra eum de cætero. Idem ſi iudex abſoluiſſet tanq; debitum nō eſſet cōtractum: arg. l. fi. de iureiu. & l. duobus. §. ſi quis iurauerit & §. igitur. eo. tit. Sed ſi iudex abſoluiſſet tanq; non debitū, nec adiecißet nullo modo debitum: tunc intelligit' quaſi non debitū, ſ. ciuiliter. ſufficit enim q; actionem excludit. arg. d. l. Iulianus.

a POMATES. ¶ Sumus expediti. An legatū in teſtō nō ſolēni relictū naturaliter debeat: & an is, q debet ex titulo minus ſolēni, ſit tut' in foro cōſcientiæ: vide Alex. cōſil. lxxvj. col. vlti. & cōſi. ccx. vlti. col. vol. ij. Et qd de hęrede qui poſsidet aliqua vigore teſtamēti inualidi: vide aliqua per Fel. in c. ij. col. x. de conſti. Bal. in c. ad audientiam. colum. ij. de reſcrip.

b POMATES. ¶ Per hoc apparet. Bart. hic ſentit q; numerus ſeptē teſtiū nō ſit de ſubſtātiali forma teſti: ſed cōtrariū tenet in l. nemo pōt. i glo. ibi, de leg. j. & ibi vide Are. in iij. & vij. col. & l. hēdes palā. in princ. de teſt. Ia. in d. l. nemo. vbi, p opi. Bart. ibi adducit tex. l. ſi vnus. C. de teſt. inducēdo vt vbi per eſt dupliciter. Primò dū dicit q; vno teſte deficiēte teſtiū eſt ipſo iure nullū: & tñ ſi vera eſt opi. Bart. hic teſtiū poſſet, pbari per ſex teſtes. in cta maximē cōfeſsiōe veniētiū ab inteſtato. Secūdò pro Bart. Bal. c. j. in vlt. co. quæ ſit inue. vbi dicit q; ſolennitas teſtiū in dubio eſt, pbata, non ſubſtantialis: niſi lex vltra annullādo, pcedat: ſed ſic facit in teſtō: vt patet l. hac cōſultiſſima. C. de teſt. ergo &c. p hoc vide Alex. & reliquos hic & Bar. in l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe.

c ¶ Suſtētata. Adde de hoc articulo vt per Bar. in tract. ſuo Minoricarū. in j. parte. et in l. j. C. de fac. ſan. ecc. & in l. ſi veritas. C. de fideicō. p Ang. in diſput. ſua incip. A ſtenſis miles per Cano. in cap. fi. extra de ſolut.

a ¶ Caſus eſt hic. Adde quod opi. gloſſ. & Bar. tenent Angel. & Sali. hic. & Sali. in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. Ant. de Bu. & Ioan. de Imo. in d. §. fi. Ang. in repeti. l. j. C. de iudic. Ful. Paul. de ca. in d. l. iubemus. licet Bar. ibi contra.

b ¶ Chirographo. Adde Ang. & Sal. & bene facit ſecũdũ Alex. text. in l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtu. & inſtitu. de lib. obli. & j. q. iiij. §. fin. & communiter doc. cũ dictis Bart. in hac l. tranſeunt. Vnũ not. dignũ ſecundum Baldum notabis ꝙ quãdo qs perſuaſionibus aduerſarij vel dolo inductus eſt ad ſoluendũ indebitũ repetit per cõdictionẽ indebiti, ſicut repetit ille qui per errorẽ facti probabilẽ ſoluit, vt probat in l. j. in gl. in verſi. extorta. C. ne ſi. pro patre,

in prin. ſ. eo. & hoc verũ. & videtur ſentire Iac. But. remanet ergo glo. vera. Sunt alia exẽpla debiti naturaliter tantũ quæ ſunt indubitata, vt ſi promittatur pacto nudo: vt l. iuriſgentiũ. §. igitur nuda. ſ. de pact. & l. in his. §. Imperator. de ſol. Itẽ in pupillo per ea quæ plenè no. in l. j. ſ. de no
16 ua. & l. pupillus. de regu. iur. † His præmiſsis pro declaratione materiæ quæro illud indebitum ciuiliter, ſed naturaliter debitũ, ſi per errorẽ ſoluatur: an poſsit repeti. In hoc reperio tres opi. vna fuit gloſſatorum. Aut ſoluit per errorem iuris: & nõ poteſt repeti. Aut per errorẽ facti: & tunc poteſt repeti. Caſus eſt hic[a], & l. error. C. ad leg. falci. & ſ. eo. l. fideicommiſſum. quæ leges propriè probãt hoc in teſtamento nõ ſolẽni, vel etiã in eo quod reſecatur per Falcidiã. Allegat etiã gl. l. fi. ſ. ad Maced. ſed non facit propriè, qã ibi loquitur in eo quod erat omni iure debitũ, ſed per exceptionẽ indebitũ. Fallit, dicit gl. in muliere & minore, qui ſolutum per ignorantiã iuris repetũt: vt ſ. ad Velleia. l. ꝓuis. ſ. interdũ. & ſ. eo. l. interdum. hæc eſt opi. gl. Pla. fuit in cõtraria opi. & dixit ſimpliciter ꝙ tale indebitũ quocunq; errore ſolutũ nõ repetitur. Fallit in muliere & minore: vt d. l. interdũ. Iſtã tenet Pet. & Iac. de Ra. cõtra glo. noſtrã. & probant ſic: ſpeciale eſt in minore ꝙ ſoluẽdo tale indebitũ repetat: ergo in contrariũ eſt ius cõmune. Præterea cõdictio indebiti eſt in ducta naturali æquitate: vt l. nã hoc natura. ſ. eo. ſed æquitas naturalis nõ eſt ꝙ ab eo, qui habet qd̃ eſt debitũ naturaliter, repetatur: ergo &c. Præterea debitũ naturale inducit cõpenſationẽ: ergo cõtra eũ qui agit cõdictione indebiti ad tale debitum, opponereẽ cõpẽſatio. In hoc reſidet Cy. ꝙ Gul. ibidẽ probat: & ſic in pari cauſa melior eſt cõditio poſsidẽtis: vt l. ſi ſeruum. §. de illo. de ver. obli. ſed poſito ꝙ ſit ęquitas naturalis ex parte repetẽtis, & etiã ex parte eius, cui ſolutũ eſt: quia ſibi naturaliter debetur: ergo potior eſt eius conditio. Præterea, ego video ꝙ ſolutũ indebitẽ põt pro alio debito retineri: vt l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centũ. ſ. eo. ergo multo magis pro ſeipſo qñ eſt naturaliter debitũ. Et ſic nõ tenet opi. gl. nec opi. Pe. ſimpliciter. & probatur hoc ſic: Ego video ꝙ per ꝑſcriptionẽ tollit ciuilis & remanet naturalis; & tñ tale debitũ ſolutũ per errorẽ repetit, vt l. ſi qs poſtq̃. de fideiuſſ. ergo dictũ Pet. nõ eſt verũ ſimpliciter. Diſtinguit ergo ſic. Quoddã eſt debitũ naturaliter tantũ, quod nunq̃ habuit concomitantiã cũ ciuili: & illud quocunq; errore ſolutũ nõ repetit, per rationẽ factã per eũ, & ꝑ Pe. cõtra glo. & argu. l. etiã. de cõpẽ. Quoddã eſt naturale debitũ qd̃ ab initio fuit miſtũ cũ ciuili: & tũc qñq; ciuilis obligatio fuit ſublata facto hominis: & tunc idẽ quod quocũq; errore ſoluti nõ repetitur: vt l. Iulianus. in prin. & l. ſi pœnæ cauſa. ſ. eo. & l. iij. in fi. quod quiſq; iu. q̃ lex nõ diſtinguit. Ratio ſecũdũ eũ: qã cũ lis fuit ſublata facto hominis, potuit eſſe ſublata iniuſtè: ideo lex voluit ꝙ quocunq; errore ſolutũ nõ repetatur. Qñcunq; ciuilis fuit ſublata ex diſpoſitione legis, tũc diſtingue. Aut ſoluitur ꝑ errorẽ facti: & repetit: vt l. ſi qs poſtq̃. de fideiuſ. aliãs nõ repetit: vt l. fi. rẽ ra. habe. Ratio: quia qñ lex tollit ciuilẽ, tollit eã æquitate naturali aliqua ſuadente: ideo fuit prędicta diſtinctio adhibẽda. Iſta verba nõ placẽt: quia dũ dicit in primo membro qñ fuit ab initio naturalis ſola ſine ciuili, quocunque errore ſolutũ nõ repetitur. dicit cõtra caſum l. error. C. ad legẽ Falci. & fuit opi. Gul. dum tenuit ꝙ illud qd̃ reſecat̃ per falcidiã, ſit naturaliter debitũ. Itẽ ſecũdũ & tertiũ mẽbrũ non placet: quia qñ ciuilis tollitur facto hominis, aut à iudice: vt d. l. Iulianus. in prin. & tũc iudex facit hoc authoritate legis: & ſic ipſa lex facit: vt l. ſanctio legũ. & ibi no. de pœnis. & ſic eſt eadẽ ratio, quæ eſt qñ tollit̃ per legẽ: vel tollit̃ ſola ciuilis per hominẽ, ſcilicet per principẽ: vt d. l. iij. in fi. quod quiſque iuris. Et tũc quia princeps eſt lex animata in terris, eſt eadẽ ratio quæ
17 eſt in lege. † Quid ergo dicemus? Breuiter teneo opi. glo. noſtræ: quia tale indebitũ ſolutũ per ignorantiã facti, repetit̃, per leges alleg. in glo. Et ita intellige l. Iulianus. & l. ſi pœnæ. ſ. eo. & l. iij. in fi. quod quiſq; iur. & qd̃ dixi de errore facti, intellige probabili: aliàs eſſet idẽ quod in errore iuris, vt in l. regula. §. ſed facti. & l. nec ſupina. ſ. de iuris & facti ignorã. Reſpõdeamus ad rationes eorũ. Dicũt ipſi ꝙ ſpeciale eſt in minore: ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune. Dico ꝙ ſpeciale eſt in minore, hoc eſt ꝙ ſoluẽs per ignorantiã iuris repetit. qd̃ ſecus eſſet in maiore. Itẽ dicunt ꝙ cõdictio indebiti nititur æquitate, ſed hoc nõ eſt æquũ: ergo &c. Rñdeo, cõdictio indebiti cõtinet in ſe quãdam reſtitutionis cauſam, & ſicut minor reſtituit̃ propter ætatẽ: ita ſi errore probabili facti errat, reſtituatur errans propter errorẽ facti probabilẽ ex iſto titu. de cõdi. indebi. & ita apparet ꝙ æquitas adeſt, ſcilicet iuſta cauſa reſtitutionis. Præterea dicunt ipſi poſſe opponi cõpenſationẽ de debito naturali: er-
18 go &c. Reſpõdeo, † opponi poteſt cõpẽſatio de debito naturali cõtra petentẽ, nõ cõtra repetẽtẽ. Ita videẽ velle glo. in d. l. interdũ. ſ. eo. expreſsius in l. cũ is. §. j. ſ. eo. vbi glo. Ratio: quia cũ iſta cauſa quandã reſtitutionẽ in ſe contineat ante oĩa iſte qui propter ſuũ errorẽ probabilẽ eſt ſpoliatus, debet in priſtinum ſtatum reſtitui. Quæ ratio in petẽte ceſſat. Præterea dicũt ipſi in pari cauſa potior eſt cõditio poſsidẽtis. Cõcedo. ſed hic nõ eſt par cauſa: nã ille cui debeẽ naturaliter habet æquitatẽ in ge
19 nere ſuo. † Iſte qui agit cõdictione indebiti habet æquitatẽ in ſpecie, vt reſtituat̃ ante oĩa, vt dictũ eſt: quæ præferẽ̃ æquitati in genere l. j. ſ. de vſuf. & ibi no. & per Dy. in reg. poſſeſſor. de reg. iur. li. vj. Pręterea dicũt ipſi, ſolutũ indebitũ propter aliud debitũ poteſt retineri: ergo propter ſeipſum, vt in §. ſi centũ. Reſpon. põt retineri propter aliud debitũ, ſcilicet ciuiliter & naturaliter, vt l. elegãter. poſt prin. ſ. eo. ſed propter aliud debitũ naturaliter tantũ, nõ. Sic ergo remanet gl. noſtra defenſata. Habemus de quatuor articulis expeditũ primũ articulum.

Videamus de ſecũdo qñ eſt indebitũ naturaliter, ſed ciuiliter debitũ. & primò queramus exẽpla. Gl. hic ponit multa exẽ
b pla. inter alia ponit de chirographo[b] ſeu de literarũ obligatio
20 ne ante biẽniũ. Vltramõ. cõtra. Dicũt em̃ † ꝙ añ biẽniũ nõ eſt nata ciuilis, nec naturalis obligatio: nam ille qui promittit ſpe futuræ numerationis, promittit ſub cõditione: ergo ante cõditionẽ nulla eſt nata actio & obligatio, vt l. cedere diẽ. de verb. ſigni. Et hoc dicebat Iac. de Rauẽ. Pe. hoc reprobat: & idẽ Guliel. de Cu. dicẽtes ꝙ nec gl. dicit verũ, nec Iac. de Ra. imò ſtatim eſt nata ciuilis & naturalis obligatio. quod probat̃ ſic: contra obligationẽ literarũ datur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt l. ſi ex cautione. de nõ nume. pec. l. in cõtractibus. eodẽ titu. & inſti. de lite. obli. in prin. ergo præſupponit̃ actio: quia exceptio eſt actionis excluſio, ſed ſi eſt actio: ergo oritur exceptio ex naturali & ciuili obligatione, vt inſti. de obli. in princ. Præterea lex dicit ꝙ cõdicit liberationẽ: ergo erat obligatus, vt C. de cõdic. ob cau. l. ſi cũ exiguã. & l. ſi quaſi. de nõ nu. pecu. Præterea licet cõtractus nõ impleat̃: nõ impedit̃ ciuilis obligatio & naturalis, licet obſtet exceptio, vt l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. Præterea ſi cõtractus habet debitã formã in ſe, licet cauſa nõ ſit iuſta, parit ciuilẽ & naturalẽ obligationẽ. Exẽplũ patet in cõtractu celebrato dolo vel metu: ita in pro-
21 poſito cõtractus habet debitã ſuã formã &c. † Iac. But. tenebat gl. noſtras: tñ pertrãſiuit multũ ſuccinctè. Dico gl. noſtras dicere veritatẽ: & ad oſtendẽdũ primo præmitto id qd̃ ſ. dixi, videlicet tenetur naturaliter qui tenetur de iure gẽtiũ poſtpoſitis pręceptis iuris ciuilis, vt l. cũ amplius. §. j. ſ. de reg. iur. Sed ſi promitto tibi dare centũ ſub ſpe futuræ numerationis, credẽs ꝙ tu mihi mutues: anteq̃ mutues ceſſat æquitas, quare debeam tibi teneri naturaliter: ergo nõ teneor. Quod hoc ſit verũ do tibi tres tex. ſ. ſi cer. peta. l. qui pecuniã. parua lex eſt vbi videtur ꝙ habeat in poteſtate ne accipiẽdo ſe obliget. Apparet ergo ꝙ nõ eſt obligat[9]. intellige, ſcilicet naturaliter: nã cũ ciuiliter: nõ eſt dubiũ ꝙ eſt obligatus. Ad idẽ infra quæ res pigno. obli. poſ. l. pen. & qui pot. in pigno. habeã. l. j. in fi. Ad cõtraria rñdeo breuiter. Ad primũ dũ dicit ꝙ promittit ſub conditione nego: imò purè promittit cõfidẽs de numeratione futura. Ad id qd̃ dicunt ex eo ꝙ cõpetit exceptio: ergo actio: ergo vtraq; obligatio: nego, iſtã cõſequẽtiã. Quid em̃ repugnat
22 † ꝙ ex ciuili obigatione ſola oriatur actio? Certè nihil. Dices tu: imò tutimo repugnat exemplum quod dediſtis ſ. ꝙ ciuilis obligatio habetur vt pater, naturalis vt mater, actio vt filia: ergo ſequeretur ꝙ filia deſcẽderet ex patre ſolo abſq; matre: quia ex ciuili ſola. Rñdeo, non eſt repugnantia aliqua. Sicut em̃ Deus omniũ conditor creauit vnũ hominẽ abſq; patre & matre: vt Adam, alium hominẽ ex viro abſq; muliere, vt Euam: creauit alium ex muliere abſq; viro, & hic fuit Chriſtus, ita Imperator cõditor actionũ quaſdam actiones datiuas, quæ nullũ patrem habẽt neq; matrẽ, & actiones producit abſq; aliqua obligatione de mũdo: de quibus per gl. in l. cũ mota. C. de tranſac. & de act. & oblig. l. j. Eodem modo hic introduxit actionẽ ex patre abſq; matre, vt ex obligatione ciuili, abſq; naturali. non video repugnãtiam: maximè cũ tex. Inſti. de obli. in princ. dũ diffinit obligationẽ ſe refert ad ciuilia, ſiue ad actionẽ ciuilẽ in eo quod dicit ꝓm noſtrę ciuitatis iura: ergo ſecũdùm ius ciuile. Item dicũt ipſi condicit̃ liberatio: ergo obligatio. Iſtã negO: quia cõdicit̃ liberatio de facto in inſtrumẽti cãcellatiõe & caſſatiõe, vt l. diſſolutę. C. de cõd. ſine cã. multò magis hic, vbi erat aliqua obligatio, ſ. ciuilis. Itẽ dicũt ꝙ licet cõtract[9] nõ impleat̃: tñ orit̃ ciuilis & naturalis obligatio, vt l. Iulia. §. offerri. de act. em. Rñ. in cõtractu empti. & ven. & ſi nõ cõtrahit̃ obligatio principaliter ſpe futuræ traditionis, ita ꝙ iſta ſit cauſa ꝓxima obligationi, ſed ſpe obligatiõis correlatiuæ: ideo em̃ ꝓmitto tibi pretiũ: qã tu ꝓmittis mihi rẽ: & ideo obligor tibi: qã obligaris mihi. iſta eſt cauſa ꝓxima obligatiõi: & ideo vna ſublata tollit̃ alia, vt l. fi. de accep. & l. cũ emptor. de reſcin. vẽ. Nec obſt. ſi opponeres de pupillo emẽte, vt potes videre ꝑ te, ſed in q. propoſita cauſa ꝓxima quare tibi promitto eſt ſpes numerationis: licet em̃ purè incõtinẽti ꝓmittã: & hoc agit̃ cũ ſolẽnitate, vt tibi tenear: tñ etiã iſtud agit̃ inter nos, ꝙ ſi nõ accepero, vel ſi nõ mutuabis, nõ teneor: vnde æquitate naturali nõ teneor. Dices tu: iſta obligatio ciuilis quę contrahit̃ literis vel ſtipulatiõe, cõtrahit̃ cõſenſu, vt l. j. in fi. de pact. ergo eodẽ momẽto cõſentio ꝙ obliger: ergo ẽ cõtradictio, vt l. vbi repugnãtia. de re. iur. Rñ. dico ꝙ iſte cõſenſus & diſſenſus ſunt diuerſi reſpectus: cõſentio em̃ ꝙ obligor ſolẽnitate ciuili. cõſentimus etiã inuicẽ ꝙ nõ tenear in veritate, niſi ſecuta numeratione. Hoc ꝓbãt dictæ ll. ſ. ſ. l. q̃ pecuniã. l. pe. & l. j. in fi. Itẽ dicũt ipſi ſi cõtractus habet debitã formã: orit̃ ciuilis & naturalis obligatio, vt in cõtractib[9] celebratis dolo vel metu. Rñ. ibi eſt cõſenſus, licet cõtractus non habeat iuſtã cauſam in ſe, ſed hic nõ eſt cõſenſus, vt dictũ eſt: cõcludo ergo ꝙ exẽplũ glo. eſt verũ & bonũ. / Aliud exẽplũ ponit gl. qñ præceſsit obligatio ciuilis & naturalis, † & poſtea ſequutũ eſt pactũ de nõ petẽdo qã per pactũ tollit̃ naturalis, & remanet ciuilis, vt l. Stichũ. §. naturalis. de ſol. Gul. de Cu. in hoc dicit eſſe aduertẽdum qualiter forma pacti fiat. Aut em̃ facio pactũ de nõ petẽdo: & nõ tollit̃ naturalis: qã iſtud pactũ non apponit̃ ad tollendũ obligationẽ, ſed ad impediẽdũ petitionẽ. Aut apponit̃ vt liberẽ te ꝑ pactũ ad impediẽdã obligationẽ: & tunc tollit̃ naturalis. Ita dicit l. ſi vnus. §. pact[9]. ſ. de pac. ideo nõ omitto, ſed dicã alibi,
24 &c. Poſſet etiã poni exẽplũ in ſnia cõdẽnatoria † ex qua orit̃ur obligatio ciuilis nõ naturalis, licet qdã cõtradicãt, vt dixi in l. ab eo. C. quõ & qñ iu. tenẽdo iſtã opi. ꝙ ex ſnia cõdẽnatoria nõ oriat̃ niſi ciuilis obligatio: tñ lex dat ei fomẽtũ & auxilium, in tm̃ vt cõtra eã nulla oriat̃ exceptio: & tunc habet vim ciuilis & naturalis præſumptæ: vt dixi in d. l. ab eo. & idem in obligatione literarũ poſt biẽniũ. Nã poſt biẽniũ lex præſumit naturalẽ obligationẽ. Vñ eſt ibi naturalis tm̃ præſumpta
25 ſine exceptionis obſtaculo. † Expeditis exẽplis venio ad q. & quero vtrũ indebitũ naturaliter & ciuiliter debitũ ſolutũ ꝑ errorẽ poſsit repeti. Gl. dicit ꝙ ſic regulariter. Fallit in caſib[9], vt habes in ea. Tu verò licet gl. bene dicat, dic ꝑ alia verba clarius & meli[9] intelligẽda. Qñq; eſt indebitũ naturaliter, ſed ciuiliter debitũ, tñ eſt ibi naturalis præſũpta, ita ꝙ nulla obſtet exceptio: & tũc ſolutũ nõ põt repeti, vt puta ſolutũ authoritate rei iud. vel in obligatione literarũ poſt biennium, vt l. iij. C. e. & l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ſ. mand. Quãdoq; eſt indebitũ ciuiliter tantùm, cui obſtat exceptio: tunc ſolutum quocunq; errore poteſt repeti l. ſi non ſortem. §. indebitum. & §. adeo. infrà eodem. Fallit ſi ſoluatur ex cauſa tranſactionis verè vel præſumptiuè vt in l. in ſumma. in prin. ſ. eodem. & l. ij. C. eodem. Nam ibi incipit eſſe debitum ex
a alia cauſa præſumptiuè, vt in illis cauſis quæ per inficiationem creſcunt: nam tunc ſoluendo videor ſoluere animo compenſandi: negando incidam in duplum, vt C. de condicitione indebiti. l. ea quæ. & Inſti. de obligatio. quæ ex quaſi contractu. §. fi. Expeditus eſt ſecũdus articulus. Tertius
26 articulus eſt † quando eſt vtroq; iure indebitum: in hoc non egemus exemplis. Examinemus cum aliquibus exẽplis: vnde quando quis putabat ſe teneri: & nullo modo erat obligatus, vel fuit debitor, & fuit liberatus ſolutione vel acceptilatione vel aliis modis, qui ponuntur Inſti. qui. mo. tol. obli. iſto caſu ſolutũ quocũq; errore repetitur, vt l. ſed et ſi me putem. in princ. ſ. eo. Fallit in caſibus ſi ſoluatur authoritate rei iudica. l. j. C. eo. & l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ſ. man. & l. ſi ſine. §. j. ſ. rem ratam haberi. Fallit ſi ſoluatur ex cauſa tranſactionis: vt l. iij. C. eo. & l. in ſumma in prin. ſ. eo. Item fallit in cauſis quæ creſcunt per inficiationem, vt dictum eſt. & de hoc no. plenius in l. eleganter. in fi. ſ. e. & eſt expeditus tertius articulus. Quar-
27 tus & vltimus articulus eſt, † quando eſt vtroq; iure debitũ ſed ope exceptionis indebitum. gl. in l. cũ qs. C. de iur. & fac. ign. ponit exemplũ in Maced. & Velleia. An
28 teq; vadam vlteri[9] quæro † quæ eſt ratio ꝙ illæ ex Maced. & Velleia, non tollunt obligationẽ naturalẽ. Reſpondeo, qã non ſunt inductę æquitate naturali: ſed magis more noſtræ ciuitatis, ſ. Romanæ. vnde iure ciuili non tollunt naturalem, vt inſti. de legi. agna. tu. §. fi. ſed quare non tollũt ciuilem obligationem? Reſpondeo, quia verba legis inducentis has exceptiones non tendunt ad perimendam obligationem, ſed ad impediẽdam petitionem. Dicunt enim, nec actio nec petitio detur: nõ
a autem dicũt quòd mulier intercedendo[a] obligetur: vt l. j. in prin. ſ. ad Mace. & l. ij. §. j. ſ. ad Vellei. & iõ dicit hic gl. ꝙ iſtis caſibus eſt debitũ ciuiliter & naturaliter: ſed ope exceptionis indebitum: & ideo quicquid dicat l. non habere locum in exceptione quę ab æquitate naturali procederet: quia tunc naturalem obligationem tolleret, et remaneret ciuilis. & de iſto membro dictum eſt etiam
29 ſ. † An autem tale debitum per errorem ſolutum poſsit repeti. gloſſ. facit quatuor membra. Primum quandoq; quis eſt tutus exceptione dilatoria: tunc ſolutum quocunq; errore non repetitur: vt l. in diem. & l. nam ſi cum moriar. ſ. eo. licet quidam dixerint cõtrariũ. & vid̃ gl. q̃ dicit veritatẽ. Dices tu: dies ſolutiõis, ſicut ſumma eſt pars obligatiõis: et iõ qui añ diem ſoluit, videẽ ꝙ poſsit repetere, ſicut ille q̃ plus in quãtitate ſoluit, vt ſ. dicã. Rñdeo, iſtud plus, ꝓpter diẽ põt dici interuſuriũ me-
30 diũ tpis ꝙ poſſet lucrari. Iſta aũt rõ † medij tpis ꝙ poſsit lucrari inducit retentionẽ & etiam actionẽ ex conuentione partiũ, ſeu ex voluntate teſtatoris. & ita loquunt omnia iura quæ inuenies ad hoc. Actiones verò quæ introducuntur ex poteſtate[b] legis, non dantur ꝓpter iſtud lucrum ſeu contemplatione huius lucri, vt l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. de action. empt. Secundum membrum eſt: quia illa exceptio quandoq; eſt perpetua & fauorabilis: tunc ſolutum quocunque errore poteſt repeti: vt l. qui exceptionem. ſ. eod. vide gloſ. Contra iſtud opponitur exceptio quę introducitur ex epiſtola diui Adriani eſt fauorabilis: quia fauore fideiuſſoris introducta
c quod apparet: quia ei poteſt renunciari[c]: ſed tutus illa exceptione ſoluens per errorẽ nõ repetit, vt l. ſi teſtamento. §. pen. de fideiuſ. ergo tutus exceptione fauorabili per errorẽ ſoluens

ibi: concludo: nõ qd̃ hodie diſtũ. ergo idem teneo. vnde ſi. 1. §. ſi cui. ſ. 3 milit. Philip.

a ¶ Senſus verborum Bart. requirit iudicio meo negatiuã ibi ꝙ mulier intercedendo obligẽt: debet dicere: nõ obligẽt. vt correſpondeant verba hæc præcedẽtibus. Bar. tñ directò dicit contra tex. d. l. ij. §. j. ibi: & ei? gñis obligationibus obſtringi nõ ſitę quũ. & ſic ciuiliter dicitur indebitũ. nec cadit bene iſtud exemplũ hic cõtra gl. & Bar. Cogita. Alex. Loſæus.

b ¶ POMATES. ¶ Ex ptãte. vid̃ Are. cõſ. xxxiij. co. j. et ſeq.

c ¶ POMATES. ¶ Renunciart. Bart. hic ſentit ꝙ numerus ſeptẽ teſtiũ non ſit de ſubſtãtiali forma teſtamẽti: ſed cõtrariũ tenet i l. nemo põt gl. ibi de le. j. & ita vide Are. in ij. & vij. col. et l. hẽredes palã. in prin. de teſta. & vide Iaſo. d. l. nemo põt. vbi ꝓ opi. Bart. ibi adducit text. l. ſi vnus. C. de teſta. inducẽdo vt ibi ꝑ eũ dupliciter. Primò dum text. ibi dicit ꝙ vno teſte deficiẽte teſtamentũ eſt ipo iure nullũ. & tñ ſi vera eẽt opi. Bar. hic teſtũ poſſet, ꝓbari ꝑ ſex teſtes, iuncta maxie confeſſione veniẽtis ab inteſtato. Scdò, ꝓ Bar. facit id qd̃ voluit Bal. c. j. in vlt. col. qd̃ ſit in ueſti. vbi dicit ꝙ ſolẽnitas teſtiũ in dubio eſt, ꝓbatoria, nõ ſubſtantialis, niſi lex vltra annullãdo procedat: ſed ſic facit in teſtõ vt pater. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. ergo &c. In hoc vide Alex. hic & reliquos & vid̃ ad hoc no. per Bart. in l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe.

a ¶ Exceptio. Adde tu, & vide ad hoc Bart. hic. do. Fran. de Aret. in ca. dilectus. colũ. ij. de iu. dic.

b POMATES. ¶ Illud. Ista est communis opi. secũdum Alex. l. in die. j. eo. cõtrarium tamen tenet idem Bar. l. si socer. §. lucius. in v. col. ff. sol. matri. & sequit Iaso, d. l. in diem. j. eodem titulo.

c POMATES. ¶ Tu dic. Vide Are. consi. xxxiij. j. col. Vide Roma. l. si procuratori falso. §. ti. ij. Ex doctrina Bart. colligere regulam q̃ in mãdato generali nunq̃ intelligitur mandatum q̃ quis indebitũ recipiat; & per consequẽs nec illicitũ committatur mẽs est mãdantis; & etiã ne aliquid tale propter q̃d posset in pœnam incidere. & q̃ q̃ Bart. sumat hæc ex tex, hic tamen cõsideraq̃ text. nullam facit de pœna mẽtionem. Vnde credo quòd Bart. habuerit cõsideratione ad ea quæ frequẽtius accidunt. Cùm enim dicatur hic quòd in generali mãdato nũquam venit illicitũ, licet aliquando possit esse illicitum sine pœna: & per hæc videatur ex quo in tex. de pœna verbũ nullum quòd Barto. hic male collegerit quòd etiã non intelligitur mandatũ id propter quod dominus in pœnam incidere posset; tamen Bart. bene no. si consideramus. Et hãc credo fuisse eius intentionẽ quod plerunque illicitũ pœna aliqua coercetur l. in testamento. §. fin, de manu. testamẽ. ibi, quos pœna &c, & vltra istas duas quæstio. quæ hic per Bar, propter hanc regulam deducuntur, adde quod dicit Paul. de cast, hic in vltima colum. in fin. de sententia quam fecit reuocari propter articulos criminosos factos per procuratorem. Et ista quidem regula procedit etiã si procurator habet mandatum generale cum libera l. si pater infrà quæ in fraudem credi. & etiam si in generali procurato. iuratum esset per dominum quod nõ veniret contra ea quæ faceret procurator. Ita dicit egregiè Baldus capi. j. in viij. columna vt lite non contestata. per glossi. legis non videtur. §. qui iussu. infrà de regulis iuris de qua gloss. vide etiam hic

non repetit. Glo. voluit dicere Insti. de fideius. §. si plures. nec bene dicit. Dyn. voluit soluere in l. contraria. & soluit peius. Ego dico q̃ exceptio procedens ex edicto diui Adriani est de exceptionibus quæ adduntur ad rigorẽ iuris cõseruandum, vt j. dicã. ideo nõ cadit sub isto mẽbro. Tertiũ membrũ est, qñ est exceptio perpetua & odiosa vt in Macedoniano: tũc distingue, aut est solutũ per errorem iuris: & non potest repeti. Aut per errorẽ facti: & tũc secus, vt l. qui exceptionem. j. eo. & l. vlti. j. ad Macedonianum & vide glo. & in hoc nihil est dicendũ: quia gl. dicit: optimè. Quartũ membrũ est, qñ est exceptio dubia tunc exceptio dubia iudicatur perpetua: vt l. sufficit. j. eod. & vide gl. aliter vult Cy. Pet. & Dy. in l. cũ quis. in v, q. C. de iur, & fac, igno. de ista exceptione dubia, &c. Quintũ & vltimũ mẽbrum est, qñ quis est tutus exceptione aliqua inducta ad rigorẽ iuris conseruãdũ: & tunc solutũ quocunq̃ errore nõ repetitur. vt hic, & l. Iulianus. j. eo. & l. j. C. eo. & vide gl. hic, aduerte quid vult dicere ista glo. posita in l. cum quis. C. de iur. & fact, igno. de exceptione inducta ad rigorẽ iuris cõseruandũ. si vellet intelligere de exceptione rei iudicatæ non bene diceret: quia illa cadit sub primo mẽbro secundũ opi. glo. verã qñ est indebitũ ciuiliter, sed naturaliter, debitum: & ideo cũ allegat l. j. non bene cadit hoc, sed ego intelligo exceptionem inductã ad rigorẽ iuris cõseruandũ exceptione litis pendẽtiæ. de qua loquitur d. l. Iulianus. j. eod. Itẽ si sum tutus exceptione fori, & idem in similibus quæ nõ respiciunt obligationẽ, nec actionem, sed solũ cõueniendi modũ seu facultatem: & ideo dico q̃ exceptio[a] epistolæ diui Adriani & exceptio quã habent fideiussores per auẽ. de fideiusso. & duo rei, & per auẽ. de duo. re. sunt de illis exceptionibus quæ sunt inductæ ad rigorem iuris cõseruandũ. Nõ enim tendũt ad perimendum obligationẽ vel actionẽ principaliter: sed tendũt ad hoc vt alius prius conueniatur, licet per quãdã cõsequentiã remaneret, vt cũ ille prius cõuentus soluat & alius liberet: illa liberatio erit propter solutionẽ, non vigore illius exceptionis. Vnde tutus hac exceptione soluẽs nõ repetit, vt l. si testamẽto. §. pen. de fideiusso. hanc repetitionem habetis in l. cùm quis, de iuris & facti igno.

LEX II.

Si quis sic soluerit. Solutũ indebitè etiã ex cõuẽtione repetitur. h. d. Quærit qua actione repetatur. glo. dicit actione præscriptis verbis, vt l. rebus. C. de re. permu. Puto q̃ etiã habeat locũ condictio indebiti: sicut & cõdictio ob causam haberet locũ qñ datũ est ob causam futurã & cõuentionẽ de repetẽdo si causa cessaret, vt not. j. de dona. l. j. & est in l. ij. C. de condi. ob causam. Cõtra hoc facit quia qñ fit mutuũ naturale & stipulatio interuenit, nõ oritur actio ex mutuo, sed ex stipulatione. l. certi cõdictio. §. quoniã. s. si cer. pet. ita hic videt q̃ nõ oriatur actio ex numeratione, & æquiparat

mutuũ & indebitũ, vt in §. his quoq̃. Insti. qui. mo. re cõtra. ob.

b Solu. illud[b] verũ si intercessisset stipulatio. l. si sine. in prin. j. rẽ ra. ha. hic verò fuit pactũ simplex. & hoc est quod no. gl. ij. hic.

Si quid. Solutum indebitè repetitur ab eo ad quẽ postea ex postfacto apparet negotium pertinere etiã si ipsi non soluitur. h. d. vsq̃ ad l. si procurator.

1 ☞ *Legata ex testamento quòd nõ debeantur, quando hæreditatis aditio non ualuit de iure prætorio, licet de iure ciuili sic.*

2 *Existentia sui hæredis quod communiter non confirmet legata.*

Non est nouum. Aliàs, Nec nouuũ est. Summaui s. proxi. §. No. vnũ ex hac l. † q̃ licet hæreditatis aditio teneat de iure ciuili: si tamẽ nõ tenet de iure p̃torio, vt puta rescissa p restitutionẽ, legata nõ debenẽ. hic est tex. qd̃ multũ not. Simile etiã videmus † in existẽtia sui hæredis quæ nõ cõfirmat legata cõiter, vt l. j. in fi. vt in pos. leg. nã ibi beneficiũ p̃toris mortui recessit ab hæreditate. Fallit in relicto libertatis, vt l. cum quasi. §. sed & si quis. de fideicõ. liber. & l. sciendũ. j. de ma. test. l. tẽ fallit in fidei cõmisso vniuersali, vt l. ita tñ. §. si pater. j. ad Trebel. Ratio: qa repudiãs potest cogi vt adeat operareẽ tñ aditio cõtra quã petita est restitutio cõfirmationẽ tabularũ pupillarium, vt l. si filius qui patri. secundũ vnã lect. de vul. & pup. & de acqui. hære. l. Iulianus. aliàs incipit si pupillus. & l. pater. de priui. credi.

1 ☞ *Si procurator soluit indebitum quando repetatur per dominum. & nume. 4.*

2 *In mandato generali quòd ueniat quod quis soluit creditoribus.*

3 *Illicitum quòd non ueniat in mandato generali. & nume. 6.*

5 *Quando procuratori culpa non potest imputari periculum pertinet ad dominum.*

7 *In generali mandato dato procuratori quòd non cõprehendatur quòd procurator petat aliquid per quod dominus incideret in pœnam.*

8 *Contumacia procuratoris quòd noceat domino.*

9 *Negligentia procuratoris quòd noceat domino.*

10. *Ad debitum solutum procuratori quòd prima facie apparebat debitum ita quòd quilibet diligens illud recepisset quòd dominus teneatur etiã si non ratificauerit.*

11 *Pupillus uel minor quando possit ratificare gestum à tutore uel curatore.*

12 *Factum nomine pupilli uel minoris tutorem uel curatorem habentis per alium quod pupillus uel minor ipse cum authoritate tutoris uel curatoris ratificare potest.*

13 *Condictio indebiti cui & contra quem competat. & name. 14.*

Si procurator. † Si procurator soluit indebitum, repetit. secus si debitũ & de indebito recipiẽdo nõ videt mãdatũ. Idẽ in tutore. h. d. Diuide. Prima pars loquit in procuratore soluẽte. Secũda in procuratore cui soluit. Tertia in ꝓcuratore & tutore simul. Secũda ibi, idẽ Labeo. Tertia ibi, Iulian[9]. Itẽ prima & secũda subdiuidit in duas scilicet qñ soluit indebitũ & qñ debitũ, vt patet ex tex. † No. tex. ibi, qñ nihil de hoc noĩe exigẽdo mãdatũ videt &c. † No. q̃ in gñali mãdato venit vt qs creditoribus soluat. Ex secũda parte nota q̃ in gñali mandato nõ venit illicitũ. † Ad primũ oppo. q̃ procurator qui non habet liberam, nõ pot alienare, vt l. procurator cui libera. & l. ꝓcurator totorũ. §. de ꝓcu. ergo hic soluẽdo indebitũ nõ trãstulit dñiũ: & sic nõ habet locũ cõdictio indebiti, vt l. si. §. vsufruct. quẽad. ca. dicit gl. ego cõcẽdo, sed dico q̃ hic habebat liberã cõtra: solutio indebiti nõ venit in mãdato. qd̃ apparet: qa expectat ratihabitio: ergo cõcessio liberæ ad hoc nõ pot referri. Huius timore qdã recedũt à lec. gl. & dñt q̃ ꝓcurator hic soluit de suo: & si soluit de pecunia dñi est cõsumpta. l. interdũ. in fi. j. eo. qd̃ satis placet. Tertiò op. q̃ illud qd̃ hic dicit veniat in mãdato, nec expectat ratihabitio. Pone emẽ † q̃ procurator soluit ex testamento qd̃ verũ putabat. Certè hic soluit cessante omni culpa, vt §. eo. l. iij. in fi. ibi nec periculũ huiusmodi ad eũ q̃ sine culpa &c. Si cessat oĩs culpa: ergo pertinet periculũ ad dñm indistinctè: qñ hoc nõ fecisset procurator sine mãdato, vt j. de fur. l. si seruus. §. q̃ vero. Solu. cõcedo oppositionẽ. & hoc intelligã qñ ipsi procuratori pot aliqua culpa imputari: qa dñs diligens sic nõ fecisset. Circa istã partẽ quæro qñ dñs nõ habet ratũ & potest nõ habere ratũ, qua actione repetit. Dicit gl. vtili cõdictione indebiti: sicut dicim[9] in mutuo, vt l. si absentis. C. si cert. pet. qd̃ placet. Venio ad secũdã partẽ. dicit hic q̃ procuratori pot solui. cõtra de sol. l. hoc iure. & §. de pac. l. sed si tãtũ. Sol. ibi loquit in procuratore litis: hic in procuratore omniũ bonorũ. qd̃ dic plenè, vt d. l. hoc iure. † Sed opp. dicit hic q̃ in generali mãdato nõ venit illicitũ. cõtra. j. de dã. infec. l. dãni infect. stipulatio cõpetit. in prin. ver. sed quod. glo. nõ soluit. Tu dic[c] q̃ in

in generali mãdato & in qualibet generali dispositione permissa non videtur permissum illicitum, vt hic: & l. si pater fiilio. j. de his quæ in fraud. credito. Sic econtra in generali dispositione prohibitiua, vel quæ prohibitionis vim obtinet, nõ veniunt licita, vt l. contraria. vbi quis promisit de damno infecto: videtur enim promittere quòd non fiet damnum: & si fiet

a emendabitur. Intellige si fiet, scilicet indebitè. Et per istum[a]

7 tex. † ego dixi, & dico pluries in practica, quòd in generali[b]

b mandato non venit quòd procurator petat aliquid per quod dominus incideret in pœnã: & ideo si ꝓcurator peteret illud quod iam decisum est per compromissum, potest pars dicere quòd ex hac petitione potest dominus incidere in pœnã, qd̃ procurator non admittatur, sine speciali mandato vel expressa ratihabitione, vt hic: & dicta l. si pater. de his quæ in fraud. credit. Idem dico si procurator produceret aliquas exceptiones quibus non probatis dñs caderet in magnam pœnam ex forma statuti: quia tunc requiritur speciale mandatũ: aliàs nõ esset parti consultũ: & sic fieret partis cõditio deterior per aduentum procuratoris. contra l. ij. §. defendi. quib. ex causis in pos. ea. & sic debet intelligi l. non distinguemus. §. pe. de arb. dicetis vos semper potest dñs incidere in pœnã saltem expensarum si succumberet: ergo semper requirit speciale mandatum. Respõdeo, pœna expẽsarum potest infligi ipsi procuratori: nec est necesse q̃ infligatur dño, vt l. qui insolidũ. §. etiã. de leg. ij. & arg. l. j. §. si procurator. s. si quis ius di. non obtem. Quæ autem s. dixi habẽt locum in pœna quæ ipsi dño debet

8 imponi. Item dicetis vos: ergo nunquã contumacia † procuratoris nocebit dño: quia nõ videt mandatũ q̃ sit contumax. quod est contra casum l. eum qui res. C. de procu. Rñd. prædicta loquũtur qñ pœna est cõmittenda propter aliquod factũ.

9 Sed si venit cõmittenda propter † aliquod neglectũ: illa negligentia nõ dicitur propriè negligẽtia procuratoris, sed dominí: quia talem negligentem ꝓcuratorẽ constituit: cui illud facere incũbebat. Casus est in l. si procurator. §. si tutores. mãdati. De hoc dixi in l. cùm filius. §. ij. de verb. oblig. & hoc verum qñ ꝓcurator negligens est. secus si iusto impedimento impediretur: vt l. cùm à matribus. C. qui pe. tu. Circa istã par

10 tem quæro, quid † si istud indebitũ quod soluebat ꝓcuratori prima facie apparebat debitum, ita q̃ quilibet bonus & diligens homo hoc recepisset omni culpa cessante, vt in casu l. iij. §. eo. Certè puto q̃ tunc veniat in mandato: nec sit necessaria ratihabitio. Vtiliter enim & bene ꝓcurator fecit, vt l. quæ vtiliter. de neg. gest. & qa cessat rõ posita in hoc tex. Nã de hoc nomine exigendo mandasse videtur. Venio ad tertiã partem. & ista videtur cõtradicere principio huius legis, vbi permittit ꝓcuratorem repetere: hic negat. Sol. intellige hic debitum esse solutum, sed certè tunc nulla esset dubitatio. Intellige ergo in indebito: & tunc obstat cõtrarium. Sed respõdeo q̃ hic dicitur tutorem & ꝓcuratorem minoris nõ posse repetere: intellige nisi sicut quilibet maior vtili actione rati-

11 habitione non secuta: & sic concordat cũ principio. † Quæritur, & ista est pulchra q. quando sciemus vtrum pupillus seu minor curatorem vel tutorem habens ratum habeat vel non. Dicunt quidam q̃ hoc non potest sciri durante pupillari seu minori ætate: quia illo tpe non pot ratum habere nec nõ hr̃e, vt l. si pupillus. de nouatio. Alij dicunt & in hoc residet gl. q̃ ipsi possunt repetere nomine pupilli: & sic eius nomine habere ratum: argumen. l. cùm indebitum. & l. fin. §. j. j. eodem. sed ad illam legem fin. respon. gloss. ibi: hoc autem &c. & teneas

12 menti † quando factum est aliquid nomine pupilli vel minoris curatorem habentis, per alium potest ipse pupillus vel minor ratum habere cum authoritate ipsius tutoris seu curatoris: sicut potest cæteros contractus facere. Pro hoc l. iij. §. j. j. rem ratam habe. sed de eo quod est factum per suum tutorem vel curatorem est dubium: quia eo authore nõ potest: & sine eo similiter non potest. Quid dicemus? Dico si loquitur hic in casu in quo ꝓcurator soluit, posset minor ratum habere authoritate tutoris, vt dictum est. Si verò soluit tutor: potest similiter habere ratum authoritate alterius tutoris: vt l. pupillus. §. j. de autho. tut. Si verò nullum alium habet tutorem: tũc si quidẽ tutor soluit de pecunia sua, si qdẽ soluit cessante omni culpa; & sic poterat ipse imputare minori illam solutionẽ: vt

6 ita post contestationem remanet excõicatus: & ideo licet hæc exceptio nõ posit opponi cõtra ea quæ iam acta sunt: poterit
g opponi cõtra ea quæ agenda [g] sunt. Sicut eꝫ ab initio poterat sibi dici, tu nõ es audiẽdus: ita nũc põt sibi dici, tu nõ es audiẽ
h dus: vt d. c. j. extra de excep. lib. vj. & idẽ videꝰ de exceptione [h] bãni, vel de exceptiõe q̃ nõ soluit collectas, & si. quæ per formã statuti reddũt personã inhabilẽ ad agendũ: vel faciũt q̃ au
7 diri nõ debeat. Quædã est † exceptio quæ impedit cõtẽ. ex natura causæ vel cõtractus: vt exceptio transactionis, rei iudic. & iurisiũrandi, & si. tunc ad impediendũ, ꝓcessum debet oppo nare lit. cõte. vt hic. Sed si nõ opponeret, posset opponi post cõte. nõ ad impediendũ processum, sed ad iustitiã causæ, sicut cæteræ peremptoriæ: vt l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Sed si inciperet cõpetere post cõtest. tũc etiã posset oppo
8 ni ad, ꝓcessum, vt hoc §. cũ si. † Quæro qd̃ si opposui vnã de istis exceptionib [i] ad ꝓediẽdũ, ꝓcessum, & sup ea fuerũt examinati testes, & succubui: vtrũ post lit. cõte. potero opponere ad iustitiã causę in vim perẽptorię, & de nouo testes, ꝓducere.

Gul.

Guli. de Cu. videtur dicere q̃ non: quia iam sunt aperti & pu-
a blicati testes: ergo &c. In contrariũ [a] videtur tex. in c. veniens.
b el ij. de testi. non determino [b] nunc.
1 ☞ *Solutum indebitè in actionibus pœnalibus repetitur.*
2 *In actionibus quæ crescunt per inficiationem solutum indebitè non repetitur. & nu. 7. & de ratione. nu. 3. & nu. 5.*
4 *Æstimatio uani timoris nulla est.*
6 *Causæ quæ impediunt repetitionem indebiti.*

1 Si qua lex. Solutũ indebitè † in actionibus pœnalibus repetitur. h. d. Opp. C. eo. l. ea quæ. Sol. hic loquitur in actionibus quę sunt pœnales ab initio: ibi in his quę ex postfacto crescũt per inficiationẽ. Contra hoc opp. de l. in-
de Neratius. §. fi. cũ l. seq. §. ad leg. Aqui. Sol. intellige hãc solu
e tionẽ secũdùm illã legẽ q̃ † maleficiũ erat ab aliquo cõmissum ideo in actione l. Aquiliæ soluens nõ repetit. secus si à nemine
3 esset cõmissum, vt ibi. Quæro, † quæ est ratio q̃ in actionibus quæ crescunt per inficiationẽ solutũ indebitè nõ posit repeti? Respon. dicũt quidam q̃ licet sit indebitum respectu soluen-
tis: tñ est debitũ respectu eius cui soluitur: vt patet ex his quæ dixi in præcedenti cõtrario. Ista rñsio cõfundit per l. si pœnæ.
4 §. j. §. eo. Vnde alij dicũt q̃ ratio est: quia vanè timuit, & † vani timoris nulla est æstimatio: vt §. quod me. causa. l. nec timorẽ. & j. de re iud. l. si quis ab alio. Ista ratio gl. non est bona: quia idem esset, & si iuste timuisset, vel si omnino se debitorẽ credi
5 disset ex iusta causa: vt l. ea quæ. C. eo. vide gl. Alibi ponit † rationẽ verisimã, in his quæ crescũt per inficiationẽ, si ab initio soluo, videor tecũ trãsigere, quasi dicã, prius volo hoc soluere, q̃ me in hoc dubio ponere. Vnde sicut solutũ ex causa transactionis non repetitur transactione secuta: vt §. ea. l. in princ. &
C. eo. l. ij. ita solutũ ex hac causa quæ per inficiationẽ crescit. Ita no, in l. error. q. de iur. & fac. igno. & tãgit per gl. in d. l. ea quæ.
C. eo. qd̃ hic tenet Gul. & ista vera est, quicquid dicat Pet. in d.
6 l. ea quæ. C. eo. Quæro † quæ sunt causæ quæ impediunt repeti
tionẽ indebiti. Et aduerte, quia quoddã est indebitũ ciuiliter, sed naturaliter debitũ: vel est indebitũ ope exceptionis. & de istis dic vt §. eo. l. j. Sed si quæris de eo quod est indebitũ omni iure: tunc glo. hic enumerat casus. quã tu inuenis vide, & eã si-
d gna. Primus casus est in his quæ crescũt per inficiationẽ, vt dicũ est: † Sed certè licet hoc sit indebitũ respectu causæ remo-
7 tæ propter quã soluitur, s. dãni dati vel legati facti pijs locis: tamen est debitũ respectu causæ proximæ tacitè intellectę, scilicet transactionis. videtur enim transigere: vt §. dixi. Secundus casus est, quando sciens soluit, dicit gl. & hic idem: quia incipit esse debitum respectu causæ proximæ tacitè subintellectę,
s. donationis: vt l. cuius per errorẽ. j. de re. iur. Tertius casus est qñ iurauit creditor sibi deberi illud, quod in veritate non debebatur: certè & hoc idem, quia incipit deberi ex noua causa,
s. iuramento. Quartus casus est, s. propter authoritatem rei iudicatæ. Certè & hoc idẽ: quia ex sententia incipit de nouo deberi saltẽ ciuiliter. Quintus casus est propter transactionem:
vt C. eo. l. ij. & §. ea. l. in prin. Et certè & hoc idem: quia incipit deberi ex noua causa, s. transactionis. Sextus casus est propter pietatem: vt j. eo. l. cum his. §. si mulier. Septimus casus, quando debetur ab alio: vt §. eo. l. si pœnæ. in prin. dic vt ibi.

Si is qui. Promissio facta à sciente se non posse cõpelli tanquàm indebitum, non conducitur. h. d.

Cum duo. Pluribus soluentibus idem debitum: ei, qui vltimò soluit, conceditur repetitio. h. d. hæc lex, &c.

1 ☞ *Quãdo lex non asistit nec resistit obligationi, tunc non impeditur naturalis obligatio.*
2 *Si lex resistit obligationi, non nascitur nec ciuilis nec naturalis.*
3 *Stante statuto q̃ nullus audeat contrahere cũ minore sine consensu propinquorum: & si factum fuerit, non ualeat, si contrahitur sine solennitate requisita, ex tali contractu non oritur neque naturalis neque ciuilis obligatio.*
4 *Vsuræ hodie de iure Canonico & diuino sunt prohibitæ: & lex earum obligationi resistit.*

1 Si non sortem. Ista lex habet subtiles casus. Qñ lex † obligatiõi non asistit nec resistit, cõtrahiꝰ naturalis, quæ impedit repetitionẽ indebiti soluti: sed qñ lex resistit, ĩpediꝰ etiã naturalis obligatio, et so

a ¶ In contrarium. Adde Fede. consi. ccxxij.
b ✠ POMATES. ¶ Determino. Adde q̃ determinaꝰ in extrauagãti, ad re primẽdũ. in gl. in verbo, summariè ver. quædã sunt emergẽtes. Anch. consilio cccxxxiij. incip. pro declaratione istarum. versũ. item aduer.
c ✠ POMATES. ¶ Quæro. Qñ lex resistit cõtractui ex eo non nascitur neq; ciuilis neq; naturalis obligatio. quod etiã, pceditin, phibitione iudicis. Tex. est no. in l. is cui bonis. j. de ver. ob. vbi si inter dicũ bonorũ administratio, pdigo p iudicẽ, nõ põt postea ciuiliter aut naturaliter obligari, cũ añ ĩterdictionẽ secundũ cõmopi. doct. vbi se obligare potuisset. vide Ro. cõsil. cccexxxvij. in j. dubio, col. j.
c lutũ repetitur h. d. Quæro, [c] quid differt principium à respõso? Respõdeo, in principio debebantur vsuræ naturaliter: in secundo responso nullo modo. Tunc vltra quæro quare nõ debebantur naturaliter in secũdo respõso, cùm interuenerit promissio assensus sicut in principio. Rñdeo in principio lex nõ asistit nec resistit obligationi, sicut dicimus in §. alteri. in l. stipulatio ista. j. de ver. obli. In secũdo respõ
2 so lex † resistit obligatiõi: ideo nõ nascit ciuilis nec naturalis: vt hic, & l. cũ lex. j. de fideiuſ. & l. non dubium. C. de legi. quod est aliàs multum notandum propter statuta terrarum, quæ quandoque resistunt contractui. Vnde dicebam pridie, De
3 facto † cauet statuto Asisij q̃ nullus audeat contrahere cum minore sine cõsensu propinquorũ, & si factum fuerit, nõ valet: certè si aliquis cõtrahit cũ minore solẽnitate non seruata: licet de iure communi ipse minor obligareꝰ naturaliter, & alius obligaretur sibi ciuiliter & naturaliter: vt Insti. de autho. tut. §. j. quod est ideo, quia lex non asistit neque resistit obligationi tamẽ cùm statutum omnino resistat, nulla nascetur obligatio, vt hic, & d. l. cũ lex. & C. de legib. l. non dubium. Opp. dici
d tur hic q̃ si postea [d] soluitur fors: ipsa repetitur tanquam indebita. Contra. j. eod. l. qui inuicem. Solu. ibi debitum erat hinc inde ex diuersis causis: hic verò solutum prouisuris directò computatur in sortem, sicut si pro sorte esset solutum: quoniam
4 sortis occasione soluitur. Hodie † verò iure Canonico, imò potiꝰ de iure diuino, obligationi vsurarum lex resistit in totũ: vt C. de vsuris. auꝛ. ad hæc. ideo solutũ in totum repetitur. & ita obseruatur. nec potest dici q̃ scienter soluit indebitum, vt dicam j. proxi. §. & c. Bar.

e Si quis [e] falso. Quod soluitur, ne quis in debito putatiuo vexetur, tanquam indebitum repetitur. h. Nota ergo q̃ licet ego sciã me
f non teneri ad vsuras, [f] si promitto vel soluo sibi vsuras, ne vexer super debito principali: non potest dici q̃ sciens indebitum e soluerim: & ita practicant episcopi, &c.

Indebitum autem. Indebitum est, f quod non debetur ipso iure vel ope exceptionis perpetuæ. Bart.

1 ☞ *Nemo inuitus in communione stare compellitur. & quando, nu. 4.*
2 *Res pro debito potest retineri. & quando. nu. 7.*
3 *Scriptor an possit retinere quinternum, donec ei soluatur. & nu. 8.*
5 *Pars à toto separata in speciebus non ualet tantum, quãtum si unita est toti.*
6 *Datio in solutum si in aliqua parte fiat plus debito quòd in totum uitiatur licet sit locus retentioni.*
9 *Debitor, cui relicta fuit libertas, an sit interim liberatus naturaliter.*
10 *Monachus fugitiuus, & syndicus reuocatus, si accipiant pecuniam mutuo, an abbas obligetur.*
11 *Procurator reuocatus quando obliget dominum. remissiue.*

multum nota. ad. l. §§ dicto. q̃ nec naturalis obligatio. contra multitudinem contrahentem sine uerecundia qz lex. non solum non asistit. vero et resistit. l. cum lex. de pe. fideiuſ.

POMATES. ¶ Si centũ. Quod datio in ſolutũ plus debito vitiatur in totũ. Pro quo facit qd dicit Bal. in §.qm̃.l.certi condictio.ſ. ſi certũ peta. facit l.cũ amplius.j.de regu.iur.& ibi gl. licet videat tenuiſſe cõtrariũ Bart. in l. poſt cõtractũ in fi.j.de don.& limita vt per Bal. in l.fin.in pen.col.C.de iure dot. & circa dictũ Bar.& vide Alex.cõſi.lxiij. col.vj.volu.iiij. Cremẽ.ſing. xcij. & xcv. Pan.cõſi.xliij.ij. vol. facit dictũ Bart. in l. certi condictio.§.qm̃. ff.ſi cer.pe.Alex. iuſtè poſsidet.in vj.col. circa medium,de acqui. poſ. Bal. in l.fi. quod met.cauſ.Et in l.ſunt & aliæ. de publ. Barba.c.cũ ſuper. col.vij. de offi. delega. & ibi Feli.col.xij.aliàs ij.Alex.cõſil.lxxxv.col.j. volu.ij.vbi latè tenet q datio ĩ ſolutũ pro debito non vero, eſt nulla. Ro. cõſi.cccl. vbi ponit quid iuris quando datio in ſolutũ fieret per viã contractus.& cõſi. cccclliij.col. iij. vbi ponit quãdo debitũ erat ,p pte verũ,& pro parte falſum:an ſaltẽ ſuſtineatur in ea parte, in qua eſt verum.vbi loquit in cõmiſsione ex primo decreto. & Bald. o.no c. qm̃ frequẽter.§.ſinautẽ.vt lite nõ cõte. col.ij. Ful. cõſ.clxxij.vbi loquit in vẽditione facta per incantũ de bonis debitoris ad inſtãtiam creditoris minus iuſto pretio,& pro maiori debito quã foret verũ creditũ,pulchrè Bal.,p hoc cõſ. cxxij. in iij.pte & cõſi.lxxvj.pte j. &conſl.cccccxcvj.ea.pte,vbi ponit pulchrum caſum.

¶ §. ſequẽ. Ad materiã huius §.vide quæ no.Bar.in l.iij.ſ.de cõdi.ob turpẽ cãm.Ale.

¶ Nemo. Adde quæ dixi poſt Bart. in l.in hoc iudicio. §.j. ſ. famil.ercij.Alex.

¶ Dationibus. Vide Bal.in l. certi cõdi. §.quoniã.ſ.ſi cert.pet. vbi allegat Bart.ita cõſuluiſſe.& per Flo. ſl.in hoc iudicio.fam. erciſun.tamen limita vt per Bal. in l.ordo. in vlti.quæſt. de execu.rei iudi.& cũ Bar. hic trãſit ſingu.Lud. in l.j.§.pe.de ver.obli. Alexan. Adde q dictũ Bart.de donationibus in ſolutum de verbo.adverbũ refert & ſequitur Bal.cõſl. xc.incip. proponẽſ.li. j.inquantum Alexan. in lec. poſt Paulũ de Caſtro tãgit quid res valet plus quam

12 Quod quis non poſsit venire contra factum ſuum ad ſuũ commodum.

13 *Sententia lata inter hæredem & euincentem q habeatur pro veritate etiam quo ad alios.*

Si centum. In ſpeciebus ratiõe partis pro alio indebitæ ſolutæ totũ repetit: ſecus in his quæ in genere ſuo recipiũt functionẽ.h.d. cũ §.ſeq.[b] Nota q † nemo inuitus cõpellit ſtare in communione. Itẽ nota † de iure retinẽdi rem pro debito. Dicit gl. q facit pro † ſcriptoribꝰ,vt poſsint retinere quiternum, donec eis ſoluat:quod j. dicam.

Oppo.de l.iij.§.ſi.& l.ſeq.j.de rei vendica. † vbi quis inuitus compellit ad cõmunionem.Sol.hæc verba,nemo[c] cõpellitur ad cõmunionem,poſſunt intelligi ad cõmunionẽ,ſ.inchoandã:& tunc fallit in lege cõtraria propter impoſsibilitatẽ. Alio modo poſſunt intelligi ad cõmunionem, ſ.retinendã.hoc etiã fallit in caſibus propter reſcriptionẽ:vt l.j.C.de an.excep.qd doct.reprobant in fundo à ſocijs cõmuniter poſſeſſo:& bene,vt ibi.& l.fi.C. cõmuni diui. Secundò opp.de ſeq.§.idẽ Marcellus.Sol.prout loquit in pecunia,nõ obſtat quia nõ dicitur eſſe cõmunio in quolibet corpore,ſed petit reſpectu numeri: vt l.ſi pœnę.§.ſi falſo. ſ.eo.& l.nã & ſi.in fi.ſ.ſi cer.petat.ſed prout loquit in alio, & in alijs quãtitatibus,videt dubium. Si reſpondet eodem modo,quo in pecunia, eſt alia ratio:quia † in ſpeciebus nõ valet tantũ pars ſeparata à toto,quantũ ſi vnita eſt toti: vt j.de ſolu.l.ſi quis aliã. & infrà de in diem addic.l.quod autẽ.§.fi.& l.ſequẽti.& ideo nõ fit æſtimatio partiũ,ſed totius rei:vt not. in l.j.C.cõmuni diui. & ſic vt hic fauore ſoluẽtis indebitũ totũ repetit: ita ẽt fauore creditoris,cui ſoluit,ſi pars totũ debitũ peteret:vt l.ſi quis aliã. j. de ſolu. Tene ergo multũ menti pro dationibus[d] in ſolutũ,quæ fiũt tota die: vt ſi † in aliqua pte fit datio in ſolutũ plus debito,tota datio videatur inſolidũ, vt hic, licet ſit locus retentioni. Opponit & videtur q non debitum nõ † poſsit retineri propter debitũ:[e] vt l.vlt.C. cõmo. Breuiter doct.ſic diſtinguunt,aut res,quę eſt apud me, eſt mihi obligata pro aliquo debito:& poſſum pro alio debito retinere: vt C.etiã ob chirogra.pec.l.j.Aut non eſt mihi obligata:& tũc aut volo eam retinere propter expẽſas factas,vel aliud debitum cõtracti propter vtilitatẽ ipſius rei: & poſſum retinere:vt l.in reb⁹.§.poſſunt. j.cõmo.& l.Paulus.j.de doli exceptio.& l.ſi in area.j.eo. & de acqui.rerũ domi. l. qua ratione.§.literę. Et ſic † ſcriptor meritò poteſt retinere quinternos: quia retinet pro melioratione facta circa rẽ retentam:& ſic intelligo de quinterno, in quo ſcribit. Aut volo retinere ,ppter aliud debitum:& tũc aut illa res puenit ad me occaſione illius debiti: & poſſum retinere, vt hic.& l.eleganter.§.qui reprobos.j.de gig.act.l.ſi cũ aurũ.j.de ſo.Aut nõ peruenit ad me dicta occaſione: & tũc nõ potero retinere:vt l.ſi.C.cõmo.& ibi per doct. & C.in quib.cau.pig.ta.cõtra.l.ſi nõ inducta.& ſic apparet quòd ſcriptor non poteſt retinere quinternũ exemplaris pro-

pter debitum,&c.

Adeo. Tutus exceptione perpetua, per errorẽ ſoluens repetit.h. d. Opp.de l.ſi quis reũ.j.de lib.leg. Sol. ibi fuit liberatio[f] legata ad tempus:hic in perpetuũ. † Quero,nunquid debitor, cui relicta eſt liberatio,ſit interim naturaliter obligat⁹. Glo.dicit q ſic. Vide glo. quãuis.Azo videat notare cõtrarium in ſumma huiꝰ tit. potes dicere q hic loquit quãdo teſtator damnauit hæredẽ q liberaret dictũ debitorem.Azo loquitur quãdo ipſe teſtator liberauit: licet inter hæc quo ad alia ſit differentia: vt l.j.& ij. de legata.facit quod dixi in l. Aurelio.§. Caius.j.de lib.leg.

Qui filio. Qui ignorans mandatum reuocatũ ſoluit, liberat:ſciens nõ liberat, nec indebitũ repetit. hoc dicit. Primũ habuiſtis in l. eius qui in prouincia.ſ.ſi cer.pe. Secundũ examinaui in l.ſi ,pcuratori falſo.ſ.tit.ij.circa primã gl. Vltimò gl.hæc inducit in argumẽtũ ad q̃ſtionẽ de † monacho fugitiuo & ſyndico reuocato,qui accepit pecuniã mutuo:q Abbas teneat. Certè gl.tenet q liberat ſoluens fauore liberationis:vt l.eius q in prouincia.& ſic loquit iſte §. An autem † procurator reuocatus poſsit obligare dominũ,eſt recurrendũ ad iſtam materiã,vtrũ ſit neceſſe q reuocatio mandati perueniat ad notitiã debitoris ſeu aduerſarij:habuiſti in l.ſi pecuniã.§.j. ſuprà titu.ij.& no.doct.in l.mandatum.C.mandati.dicetur in l.procurator.aliàs, ſi procurator.ſuprà de procura.

Si filius. † Non poteſt quis venire contra factũ ſuũ ad ſui cõmodũ,etiam ex perſona alterius.h.d. De hoc habuiſtis tactũ ſ.ſi cer.peta.l.ſi filius. Glo.opponit,ſed nõ ſoluit in glo.ibi. ſed argumentum contra de adoptionibus. l. ſi pater.§.qui duos. Dic,ſed hoc ideo eſt: quia venit contra factum ſuum,&c.

Si quis quaſi. Qui ſoluit indebitũ ſciẽter,ne incidat in aliud debitum putatiuũ, tãquam indebitum repetit.h.d. Quæro,quę erat hic ratio dubitandi. Reſpõdeo, quia poſito quòd ſentẽtia arbitri erat lata,tamen ex ea nõ eſt debitũ:vt lege prima. C. de arbi.& ideo videor ſoluere ſcienter indebitũ:quia hoc facio,ne incidã in aliud debitum,hoc eſt,in pœnam:ideo repeto tanq̃ indebitè ſolutũ.eſt enim hoc occaſionali ter debitũ,ſi in pœnã incidere nolo. Facit quod dicam infrà eodem.[g] l.is cui.

Hæredi. Ab hærede indebitũ ſolutum in omnem euentũ repetitur:ſed ſi in quæſtione de hæreditate ſuccumbat debitum & indebitũ repetitur.hoc dicit. Opp.de tit.C.res inter alios acta alijs præiudicare non debet. per totum.ergo ſententia lata inter hęredem & euincentem,nullum prejudicium debet facere inter hæredem & repetentem.Huius timore hęc lex legitur duobus modis.Primo vt totus §.loquatur in hærede & bonorum poſſeſſore putatiuo:& tunc ceſſat contrariũ:quia repetit quia nõ eſt hęres.Alio modo q loquat in hærede vero:& tũc prima pars §.quando obtinet procedit clarè.Secundam partem quando ſuccumbit,vbi dicitur quòd repeti poteſt:intelligas quòd iu-

quãtitas,pro qua data eſt in ſolutũ: adde vt per Oldra. conſil. xxvij.in fin.

¶ Debitũ. An qs poſſit ſibi prouidere p retentionẽ rei nõ debitæ ,p re debita: & qd de ſcriptore: & adde q regula dicẽs quẽ retentione vti nõ poſſe, fallit fauore dotis & mulieris.tex.eſt no.ſecũdũ ſtellectũ Bar.& doc.in l.filiæ.in prin. j.ſol.mat.& dixi in l. neq.C.de cõpẽ.regula aũt dicens in caſu ſuo quẽ poſſe vti retẽtione, fallit, niſi talis res peruenerit vitio vel delicto, vt in c.fi. de ord.cog.& in l.j.§. redigunt.j.quo lega. Et dũ hic dicit q propter expẽſas & ſimiles põt quis vti retentione, Adde q forti? eſt:q etiãſi poſterior eſſet talis,creditor p̃ferẽ priori habẽti ius in pignore. Text.eſt no.in l.interdũ. cũ ſequẽ.j. q po.in pig.ha. Item adde q habens quaſi pignus in repoteſt vti retẽtiõe.l.Iul. §.offerri.j.de ac.emp. & l.hæreditatis.j.de hereꝯ.vel act.vẽ.Item fallit dicta regula ,p hibitiua retentionis in caſu valde no. in l. j.C. etiã ob chirogra. pe.& ibi no. & dicit Bal. per illũ tex. q ſi moriat ſcholaris, & & in infirmitate vel in funere expẽdi,poſſum eius libros retinere, niſi heredes ſcholaris prius mihi ſoluãt.qd no.Et hoc dicit in l. in reſtituẽda, C.de pe.hęre.& latè p eũ ĩ d.l.fi.C. cõmoda. & qd ipſe fin.no. in l. penul. C.de pign. act, & ĩ materia vid l.j.C. etiã ob chirogra. pecu.in l.,p retẽtionẽ. C. de vſur.,& ,p Bar.plenè & plenius q̃ hic l.ſi non inducta.C. in quib.cau. pig.ta. contraha.& Paul. de leaza.in c.fin.de dolo & contu.in ij. col.Alex. Adde q quis poſsit vti retentione rei nõ debitæ pro re debita, Bal.conſi.cclij.li. iii.

¶ Liberatio. Vid qd not.Bald.in l.peremptorias.in pen.col. in verſicu.ſed hic ſurgit quæſtio.C. ſenten. reſcin.non poſ.Alexã.

¶ Is cui. Et quod nota.ſ.l.j.§.j. & Bartol. in l. is cui.j.de condi. inde.& ĩ l.damus.infrà eodem.Alexand.

dex debebat audire repetẽtem, & ſuper hoc iudicio procedere:non tamen quòd ſententia lata inter hæredem & euincentem hic faciat ius: ſed iudex iudicabit ſecundùm allegata & 13 probata in nouo iudicio. † Tu dic verius quòd imò in caſu iſto ſententia lata inter hæredem & euincentem, quorum principaliter intererat, habetur pro veritate, etiam quo ad alios: vt C.de peti.hæred.l.ſi.& l.Papinianus.§.meminiſſe.ſ.de inofficio.teſtamen.

¶ Doctrina. Quid ſit officium & artificium,& quot modis ſumatur officium vt de Bal.in rub.C.de ope.liber.Alex.

1 ☞ *Naturalis obligatio quòd impediat repetitionem indebiti.& num.7.& nu.10.*
2 *Facta quòd non poſſunt repeti:repetitur tamen æſtimatio.num.4.*
3 *Ex diuerſitate perſonarum & factorum inducitur diuerſitas factorũ & operarum.*
5 *Natura conditionis indebiti eſt ut quis teneatur in eo quod factus eſt locupletior.*
6 *Indebitum ſolutum ex una cauſa quòd poteſt retineri ex alia,ex qua eſt debitum.*
8 *Officium dicitur illud, quod quis ſine doctrina facere ſcit: & ibi quæ ſit officialis opera.& num.18.& 22.*
9 *Artificiales operæ dicuntur,quæ conſiſtunt in artificio per doctrinam didicito.*
11 *Conditio indebiti quòd præter partium propoſitum oriatur.*
12 *Si aliquis putans ſe obligatum in genere, ſoluit aliquam ſpeciem illius generis,quis repetat.*
13 *Operæ præſtitæ quando repetantur uel earum æſtimatio.*
14 *Opera eſt diurnum officium,ſcilicet diei artificialis.*
15 *Operæ nocturnæ ad cuſtodiendum turrim,dicuntur operæ.*
16 *Operæ qualiter diuiduntur.& nu.18.& 21.*
17 *Obſequium an ſit opera.*
19 *Seruire uni domino in mensa uel in camera,uel aſſociare eum ad miſſam, eſt præſtare operam officialem.*
20 *Opera fabrilis dicitur,quæ fit zappando,uagando,& arando.*
23 *Operæ obſequiales qualiter differant inter ſe,& in quo differant ab alijs operibus.*
24 *Operæ propriè qualiter imponantur,qualiter differant,& in quibus conueniant.*
25 *Operæ officiales promiſſæ quæ concernunt perſonam eius,cui exhibentur, quòd cedant cùm indicuntur.*
26 *Operæ fabriles uel artificiales cedunt à die ſtipulationis.*
27 *Si ſtipulantur operæ fabriles uel artificiales loco non deſignato, quòd ualeat ſtipulatio:ſecus ſi ſtipuletur opus.*
28 *Promiſsio operarum in genere,quando dicatur de operis fabrilibus, & quando de obſequialibus.*
29 *Si fiat bannum quòd quilibet compareat armatus tali die in platea ad faciendũ monſtram,quòd debet intelligi q ueniat armatus ſecundùm cõditionem ſuæ perſonæ.*
30 *Si conduxiſti ſeruitorem ad tibi ſeruiendum certo pretio: quando poſsis illum alteri concedere eo inuito.*
31 *Libertus quas operas præſtet patrono ſuo ſumptu,& quas non.*
32 *Si conducuntur operæ alicuius quando intelligatur quòd præſtentur ſumptu lo nitis uel conducentis.*
33 *Quæ operæ tranſeant ad hæredem hæredis,& etiam ad extraneos, & nu.36.*
34 *Emphyteuſis accepta pro ſe & filijs quando tranſit ad filios ut filios, non ut hęredes:& ſic non pro hæreditarijs portionibus.*
35 *Si quis eſt ſtipulatus ſibi & filijs,quòd intelligitur ordine ſucceſsiuo.*

Libertus. Iſte §. cõſueuit reputari difficilis: quia habet materiam ſcholaribus extraneã, ſcilicet de operis libertorum:tamen in veritate eſt multũ vtilis: & hoc dicit. Si libertus operas officiales indebitè præſtat, non repetit. Idem ſi earũ æſtimationem,nec in eis poteſt alij delegari. Sed ſi delegatus præſtiterit, nõ repetet. Si verò fabriles indebitè preſtiterit,non repetet eas,ſed earum æſtimationem; & in eis libertus poterit delegari.h.d.Primò loquit in operis officialibus:ſecundo in fabrilibus.Tertiò redit ad officiales,& immiſcuitaliq de fabrilibus.Secũda ibi:ſed & ſi delegatus.Ad eui dentiam noſtri §.eſt præmittendum quæ dicantur operæ officiales,& quæ fabriles.quod infrà dicam in proſecutione materiæ. Vides ergo quòd coniuncta prima parte cum tertia in operis officialibus habes quatuor dicta quæ continẽtur in prima parte ſummarij:quorum duo ſunt in prima parte, & duo in tertia parte. In operis verò fabrilibus habes tria dicta, quorum duo continentur in ſecunda parte: aliud in tertia.

1 Nota primò quòd † naturalis obligatio impedit repetitionem indebiti,vt hic,& l.naturaliter. ſuprà eodem. De alia tamen naturali loquitur hic, vt j. dicam. † Secundò nota quòd
2 facta non poſſunt repeti,vt hic,& infrà de præſcrip.ver.l. penul. † Tertiò nota quòd ex diuerſitate perſonarum vel tem-
3 porũ inducit diuerſitas factorũ & operarũ. † Quartò not. q
4 licet facta nõ repetant:repetit tamen æſtimatio. † Quintò no
5 ta quòd natura condictionis indebiti eſt,vt ille,cui facta eſt,ſolutio,teneat in eo,quo factus eſt locupletior. Venio ad ad apparatum:& oppo.quia illud quod eſt naturaliter debitũ, ſolutum facti errore repetitur:vt C.de iur.& fac.igno.l.cùm quis. ad legem falc.l.error.ergo hic eodem modo debet diſtingui.Solu.dicit glo.intelligas hoc principiũ in operis obſequialib⁹, ad quas libertus naturaliter tenet: & iſta naturalis eſt redacta ad præſtandum neceſsitatẽ:põt enim libertus cogi per officiũ iudicis: vt ſ. de offic.præſe.vrb.l.j.§.cùm patronus.& ita dicit gl.Sed cõtra hoc opp.de tex.qui dicit,libertus,cùm ſe putaret.ſi enim verè teneretur,ad quid diceret tex.putaret? Solu.dicit gl.putabat ſe teneri ex promiſsione:ſed nõ tenebatur:ſed naturaliter ad hoc erat obligatus,vt dictum eſt.hęc dicuntur in principio gl.Sed contra hoc opponi.nã de iure naturali omnes liberi naſceban tur:ergo de iure naturali libertus non tenetur patrono. So.dicit gl.intellige hic natura,i.ratione inſita de iure naturali, quę eſt vt benefaciẽtibus benefaciamus.vel dic,natura,i.iure gentium.Certè iſtæ duæ ſolutiones ſunt idem:nam eo ipſo q facit mentionẽ de naturali ratione,oportet q tu referas ad hominẽ tantũ:cũ animalia bruta carãt ratione:vt l.j.ſuprà ſi qua.pauſe.di.& ideo nõ põt intelligi de iure naturali, quod eſt cõmune omnibus animalibus Et q vbicunq dicitur obligatio naturalis,debeat intelligi,i.de iure gentiũ,probatur in l.cùm amplius.§.j.infrà de reg.iur.no.in l.Stichũ.§.naturalis.j. de ſolu. & ita expedit ſe gl.de prima parte huius §. Secundũ quã lect.
6 no.duo,ſcilicet q † quando ſoluitur ex vna cauſa, ex qua eſt indebitum,poteſt retineri ex alia, ex qua eſt debitũ.facit l.cũ
7 in corpus.infrà de acqui.re.do.Secũdò no. † q naturalis obligatio,quæ eſt redacta ad præſtandũ neceſsitatẽ, impedit repetitionẽ indebiti.Sed doct.noſtris Vltramonta.iſta lect. nõ placet,q hic loquatur de operis obſequialibus: quia illæ propriè non ſunt operę,vt infrà dicã:ſed intelligunt ipſi,ſ.de officialibus operis propriè:hoc eſt,de illis operis,quæ conſiſtũt in of-
8 ficio † q quilibet ſcit facere ſine doctrina[a]. Illud enim dicitur
a officium:vt l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio.j.de leg.iij. ſecundũ
9 Guli.Artificiales † dicuntur,quæ cõſiſtunt in artificio didicito per doctrinã:vt d.§.ſi ex officio.& de his loquitur ſecunda pars huius §.Mihi verò placet q principiũ iſtud nõ loquatur in operis obſequialibus.Nam cum ſint debitæ,& põt libertus ad eas cogi,nõ facit ad materiã cõdictionis indebiti.Item placet q principiũ loquatur in operis officialibus, vt text. exprimit:tamẽ intelligo officiales aliter quàm Vltramontani ſ.opera ſquę concernũt perſonam operantis,& eius cui editur ſeu operatur:vt lege operæ in rerũ infrà de oper. liberto.vbi text. hoc exprimit,vt infrà dicã.Iſtæ quidẽ officiales nõ debentur ſi non imponantur,vt infrà videbitis:nec põt libertus ad earum præſtationem cogi.In illis ergo ponẽdus eſt caſus in hoc principio.Contra quam lecturã opponi.naturalis obligatio,
10 vt benefacienti † benefacias,non impedit repetitionẽ indebiti:vt l.ex hoc iure gentium.ſuprà de iuſti.& iure.& lege ſed & ſi lege.§.conſuluit.de peti.hære.hic verò dicitur contrariũ: ergo malè.Solu.iſta naturalis obligatio,vt benefaciẽti benefaciamus,in liberto reſpicit certã ſpeciẽ obligationis: hoc eſt, vt ei ſeruiam,& ei operer circa perſonã ſuam.Iſto caſu ſi illud, ad quod contracta eſt obligatio,ſoluatur,non põt repeti,vt in principio huius §.Si verò eidem ſoluã aliud indebitè, vt operas fabriles,quæ reſpiciunt patrimonium & non perſonam,licet ei ſim obligatus naturaliter in genere benefacere, non tamen impedior repetere illud indebitè ſolutũ: vt hic. Et ita debet intelligi gl.in dicta lege ex hoc iure.& ibi plenè dicã. Dixi etiam in lege ſi teſtamento.§.primo infrà de fideiuſſo.Contra hoc opponi.de lege cum quis.& lege error.C. ad leg. falci. Solu.Vltramontani reprehendunt glo.in eo quod dicit quòd ibi loquitur de naturali debito:& ideo leges non obſtant: ſed ego tenui gl.in dicta lege cùm quis.& legẽ primam ſuprà eodem:& ideo dic quòd hęc lex debet diſtingui ſecundùm illas. De iſta tamen naturali obligatione plenius videbitis in dicta lege ex hoc iure gentium.Venio ad ſecundam partem.Iſta ſecunda pars eſt multùm ſubtilis:& gloſſa intelligit hic in operis fabrilibus incertis:& opponitur quòd diuerſorum hominum operæ dicantur eædem,vt lege nemo eſt qui neſciat.j.de duobus reis.Solu.dicit gloſſ.quòd ſunt eædem in genere,non in ſpecie:vel verius non ſunt eædem verè,vt hic: ſed iuris fictione ſic quandoque,vt ibi.quod quando ſit infrà dicã.Item

a ¶ Simpliciter. Qualiter operę ſaltem futuræ peti poſſunt, vide Imol. in l. ſtipulationes nõ diuidunt. ix. col. de ver. oblig.

b ¶ Opera. Quid ſit opera, Adde Bald. in l. liberti. ij. colũ. de opelib. Et dũ dicit hic de die & de nocte, vide Bal. in ru. C. de opel.li.

c ¶ Diuidant. Quot ſunt ſpecies operarũ adde late Bal. in l. liberti libertæq. C. de oper. lib. in iij. & iiij. col. Alexand.

d ¶ Loquuntur. Quæ ſint operæ officiales, p Bal. in l. liberti libertęq. in iiij. colũ. C. de ope. lib. Alex.

e ¶ Cõſiſtant. Operæ obſequiales in quo cõſiſtãt, vide per Bal. in l. liberti. i iiij. co. C. de oper. li. & in iij. colum. Alex.

f ¶ Negotia gerendo. Et Bal. in l. liberti. in iiij. co. dicit q̃ ſi liber tus ibi ꝓcurat negotia patroni, nõ põt petere mercedẽ: & videtur tenere q̃ ſit obſequialis opera. & vidẽ tex. in l. off. C. de negest. Alex.

opponi. illud idem, quod ſoluitur: debet repeti: vt l. quod indebitum ſuprà eo. Sed hic dicitur ęſtimationẽ repetẽdam, quare male. Solut. lex, quod indebitũ. loquitur quãdo ſolutum extat: ſed hic ſtatim cùm opera ſoluitur, extinguit̃ ergo &c. Hoc non videtur verum: quia ſaltem fictione iuris dicitur extare præſtando operã ſimilem, vt d. l. nemo eſt qui neſciat. Huius timore Ioan. in gl. poſita ſuper verbo, operę. dicit iſtum §. debere intelligi in operis incertis: & ſic nõ poteſt dici quòd redantur aliæ ſimiles propter earum incertitudinem. Sed contra hoc oppo. de tex. qui dicit veluti pictorias, &c. Et ſic loquitur de certis. Solut. dicit gloſſella parua ibi quòd illud, veluti, eſt exemplificatiuũ præſtationis, non obligationis. Item contra dictum Ioannis opponi. condictio indebiti datur reſpectu eius quod eſt ſolutum: ſed opera, quę iam ſoluta eſt, ſemper eſt certa: ergo alia ſimilis illi ſolutæ põt condici. Sol. dicit glo. illam poteſtatẽ debet habere recipiens in reddendo, quam habuit ſoluens in ſoluendo ſecundũ iſta iura, vt l. planè. §. eod. ſed ſoluens qui credebat ſe teneri ad operas incertas, habebat poteſtatem ſoluendi eam quam volebat: eodem modo patronus recipiens poſ ſet reddere quam vellet: & ſic contingeret quòd redderet in alio genere, quam ſolutum eſt. Ne ergo peruẽiatur ad illud abſurdum, repetitur æſtimatio. Ita loquitur hic. Iſtud non eſt verum: nam licet quis ſoluat reſpectu obligationis generis: tamẽ idipſum quod eſt ſolutum repetitur: vt l. cùm his. in fin. j̃. eod. Sed hic ideo non repetitur quia non extat: vt hic dicit tex. Nec obſtat ſi dicis quòd fictione iuris dicuntur extare ſi reddantur alię ſimiles: vt dicta l. nemo eſt qui neſciat. quia illi fictioni eſt locus duobus concurrentibus: ſcilicet quòd ſit actum inter partes, & quòd homines ſint eiuſdẽ peritiæ vt ibi patet: quia hic nõ cõcurrunt: † nam cõdictio indebiti præter propoſitum partium oritur: ideo hic non habet locum illa fictio. Ita tenet Iac. But. & ita tibi dixi in d. l. nemo, & ideo non curo vtrum libertus putaret ſe obligatum ad operas certas vel incertas: idem enim iuris eſt quantum ad hoc.

12 † Quando ergo aliquis putãs ſe obligatum in genere, ſoluit aliquam ſpeciem illius generis, quid poſsit repetere? Dic aut ſolutio eſt facta in his quę in ſuo genere recipiunt functionẽ: & repetet tantundem: vt §. eodem. l. quod indebitum. Aut in his quæ non recipiunt functionem in ſuo genere: & tunc aut loquimur in his quæ per ſolutionem extinguuntur: & tunc illud ſolutum non poterit repeti ſed eius ęſtimatio, quatenus recipiendo factus eſt locupletior, vt hic. Aut in his, quæ non extinguuntur, & tunc ſi quidem extat, ipſum repetitur, vt l. cum his. j̃. eod. ſi non extat, non repetitur niſi recipiens eſſet factus locupletior, vt d. l. cum his. j̃. eod. Item oppo. quòd ipſæ operæ repetantur, vt l. fi. de ope. ſeruo. Sol. dicit glo. † ibi petuntur operæ, hoc eſt, æſtimatio operarum. Ita dicit glo. hic ſuper verbo poteſt. Tu dicas, quandoque operæ petuntur ſimpliciter [a], non reſpectiuè ad alias operas iam præſtitas vel præſtandas: & ipſæ operæ poſſunt peti, ſicut cætera facta: ſed poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt l. in ſtipulationibus. §. operarum. j̃. de verb. obli. & l. fin. de ope. ſeruo. Quandoque petuntur reſpectiuè ad alias operas: & tunc ſiquidẽ hoc fit ex conuentione, ipſæ operæ poſſunt peti duobus modis cõcurrentibus: ſcilicet quòd ex conuentione fiat, vt dictum eſt: & ſit ſimilitudo peritiæ. vt d. l. nemo. Si verò non fiat ex conuẽtione, ſed in obligationẽ incidamus præter propoſitũ: tunc nõ poſſunt peti operæ, ſed æſtimatio, vt hic. Sumus expediti de his quæ pertinẽt ad §. Veniamus ad gl. magnã quę tractat materiã de operis libertorũ. Primò † quero quid ſit opera [b].

14 Reſpondeo, eſt diuturnũ officiũ, vt l. j. j̃. de ope. liber. & intelige diurnum, ſ. diei artificialis: vt l. ij. de an. leg. & de verborũ

15 ſignificatione. l. ſecunda. Iuxta hoc quæro, qd ſi aliquis † debet operas nocturnas, id eſt cuſtodire turrim de nocte: an dicantur operæ? Puto q̃ ſic, vt l. duorũ. j̃. de ope. liber. & argum. de aqua pluuia arcenda. l. ſi prius. in principio. Quæro vtrũ obſequium ſit opera. Reſpondeo vt dicã. j̃. proximè. Secundò principaliter quæro † qualiter operę diuidant̃. [c] Reſpõdeo

16 ſecundũ Azo. in ſumma de ope. lib. & hic in gl. q̃ triplex eſt operarũ diuiſio: quia aliæ obſequiales, aliæ fabriles, aliæ artificiales. Obſequiales conſiſtũt in reuerentia: fabriles incertæ, & artificiales certæ. Dicit glo. Ia. de Ra. & Pet. in repetitione huius §. & Cy. ſequendo eos in l. liberti libertęq̃. C. de ope. li-

17 ber. reprobãt iſtã diuiſionẽ. Nam non placet eis † q̃ obſequiũ ſit opera: nã opera eſt diurnũ officiũ, vt dictũ eſt: ſed obſequiũ nõ cõſiſtit in diurno officio: ergo &c. Præterea diſtincti ſunt tractatus & diſtincti tituli de obſequijs libertorũ, & de operis libertorũ: ergo nõ debet idem dici, vt l. ſi idem. C. de codi. Certè gl. & Azo hoc idẽ dicunt q̃ obſequiales impropriè dicunt̃ operæ: vt j̃. ſequitur in gl. deinde dicunt prædicti Iac. & Petr. q̃ differentia prædicta ſcilicet fabriles incertæ & artificiales certę, nõ eſt vera: quia nulla eſt lex in mũdo quæ hoc dicat: niſi iſte §. intelligẽdo prout gl. intelligit: qui intellectus non eſt verus, vt dictũ eſt. Certè Azo in ſumma dicit q̃ illa appellatio fabrilis nõ eſt iuris: ſed ipſe hoc nomine appellat gratia doctrinæ. Dicunt ergo prędicti doctores Vltramõtani q̃ eſt duplex operarũ diuiſio: alia officialis: alia artificialis. Officialis quæ exerceẽ̃ per artẽ hominis habitã ſine doctrina: artificialis verò quę exerceẽ̃ per artẽ hominis habitã per doctrinã: vt l. legatis. §. ſi ex officio infrà de legat. iij. & hoc modo ſoluũt cõtrarieta

18 tẽ multarũ legũ: & ſic intelligũt iſtũ §. Mihi verò videt̃ † q̃ in d iſta materia ipſi nõ bene loquũtur. [d] Nam operę officiales, intelligẽdo prout ipſi dicũt in vagãdo & zappando, & ſimilia, quæ quilibet ſcit facere ſine doctrina, poſſunt edi alteri, ſicut patrono: & libertus in eis poſſet delegari, quia mutatione perſonę nõ videnẽ̃ aliæ: vt l. operæ in rerũ. infrà de ope. libe. ergo hoc modo non poteſt intelligi iſte §. Dico ergo q̃ Iuriſcõſul-

19 ti appellãt operas officiales, quę cõcernũt † perſonã edẽtis, & eius cui eduntur: & ſic ex varietate perſonæ variantur operę: verbi gratia, ſeruire vni domino in menſa, in camera, aſſociare eum per terram, iſtæ dicuntur operæ officiales, quæ variantur varietate perſonæ. Aliud enim ſeruitium requirit vna perſona, aliud alia, vt d. l. operæ. infrà de ope. liber. & l. hæ demũ

20 operæ. in fi. eo. tit. Sed † ſi poneremus aliquẽ eſſe zappatorem, vel bubulcum, vel aliquid aliud ſcire, q̃ perſonam eius, cui exhibetur, nõ cõcernat: tunc non dicunt̃ operæ officiales, prout in hac materia ſumitur, ſed magis dicũtur operæ fabriles, quę cuicunq̃ exhibeantur, eędem ſunt reſpectu exhibentis: vt d. l. operæ. in fi. licet alio reſpectu dictæ operæ poſſint dici officiales, vt dicunt doct. Vltramõt. tamen dico non in iſta materia.

Item diuiſio gloſſ. noſtrarum non placet: cùm enim habemus vocabula diuiſionis à lege, non eſt neceſſe quòd nomina magiſtraliter imponamus: vt infrà de præſcriptis verb. l.

21 ij. Dico ergo ſic, † quòd operarũ quadruplex eſt ſpecies. Quædam ſunt obſequiales: & iſtę non dicunt̃ operæ, vt dictum eſt. Quędã ſunt officiales, quæ reſpiciũt perſonam eius cui edunt̃, & mutatione perſonę dicentur aliæ: alię ſunt operæ fabriles ſeu artificiales certæ. & appello fabriles, quas homines ſciunt facere ſine doctrina: artificiales, quas ſciunt facere homines ex doctrina & artificio: & iſtæ mutatione perſonæ eius cui adhibentur, non diuerſificantur: vt d. l. operæ in rerum. & l. ſequen. & in hoc §. in fin. Quarta eſt opera incerta, vt quando patronus ita obſcurè ſtipulatur, quòd non apparet vtrum ſenſerit de officialibus, fabrilibus, vel artificialibus: & de his

22 infrà videbimus. Redeo † ad primum, ſ. ad operas obſequia-

e les: & quæro, in quo cõſiſtant. [e] Glo. hic dicit quòd obſequiales conſiſtunt in aſſurgendo, & ſimilibus. Azo verò in ſumma dicit quòd conſiſtunt in aſſurgendo, ſalutando reuerẽdo,

f eiusq̃ negotia gerendo. [f] Hoc vltimum quod dicit de negotijs gerendis, poteſt eſſe verum, ſi committatur vnum negotiũ quod non habet officium vnius diei: vt mittere libertum pro ambaſiata ad domum cuiuſdam amici. Sed ſi geſtio negotij requireret officium diurnum: tunc eſſet magis opera fabrilis vel artificialis: vt l. hæ demum. de oper. liber. Item dicit glo. hic

quòd l

q̃ iſtæ operę obſequiales conſiſtunt in non faciendo, vt de nõ vocando in ius, de non teſtificando contra patronum, de non accuſando: vt lege ſecunda de in ius vocan. & l. pe. & l. fin. qui

23 accuſ. non poſ. & j̃. de teſti. l. lege Iulia. † Secundò eſt videndũ in quo differant iſtæ operæ inter ſe, ſcilicet obſequiales, & in quo conueniunt: differunt, quia hæ, quæ conſiſtunt in facien-

a do, non tranſeunt ad hæredem [a] extraneum: vt lege ſecũda C. de in ius vocan. ſed ad filium ſic, etiam exhæredatum non mala mente. Sed hæ quæ conſiſtunt in nõ faciendo tranſeunt ad hæredem extraneum, vt d. l. ij. C. de in ius vocã. Ita dicit gl. hic & Azo in ſumma. Certè in eo quod diſtinctè dicit q̃ hæ quæ conſiſtunt in non faciendo, tranſeunt in extraneum hæredẽ, non placet: quia hoc eſt verum de non vocando in ius ſine venia: ſed in alijs de non accuſando vel non teſtificãdo, ſeu actionem famoſam non proponendo, iſta non tranſeunt ad hæredem extraneũ: ſed poſſunt prædicta contra eum proponi, vbi originem non trahunt à facto defuncti patroni: vt j̃. de doli exceptio. l. apud Celſum. §. aduerſus. Tertiò eſt videdum, in quo differunt iſtæ operæ ab alijs. & differunt: quia non ſunt propriè operæ, vt dictum eſt. Item debentur ſine impoſitione qd

24 eſt, in alijs ſecus, vt j̃. dicetur. & ita dicit glo. hic. † Quartò eſt videndũ de alijs operis quæ propriè ſunt operæ: videlicet qualiter imponantur, & qualiter differũt, & in quibus conueniũt: & certè omnes operæ imponunt̃ per ſtipulationẽ, vel per iuſiurandum præſtitũ à liberto: vt j̃. de lib. cauſa. l. fi. & de ope. liber. l. vt iuriſiurandi. §. iurare. ibi: qualeſcunq̃, &c. & hoc dicit glo. & bene. Deinde eſt videndũ in quibus differunt. & gl. hic & Azo not. ſex differentias. Prima eſt: nã certæ operæ ſtatim veniunt, & cedũt, cùm poſsint pręſtari. cedunt tamen à die ſtipulationis. Incertæ nõ niſi indicantur, i. petantur à patrono: vtræq̃ tamen petuntur tunc demũ, cũ tantum tẽpus tranſierit quo præſtari potuerit, vt j̃. de oper. li. l. quoties certę. l. cũ patronus. & l. operę in rerũ. ſed hoc placet Iac. de A ret. & Pet. quos Cy. refert in l. liberti libertæq̃. C. de ope. lib. quia dicta differẽtia an certę vel incertæ, nõ probatur iure, ſecundũ eos: ſed diſferentia debet notari inter operas officiales & artificiales, accipiendo officiales pro his quæ conſiſtunt in aliquo actu queſito, ſeu qui ſcitur ſine doctrina: vt ſ̃. dixi. Sed hoc mihi nõ placet, vt dixi. Nec etiã dictum gl. placet vſquequaq̃. Dicendum

25 eſt † ergo q̃ operæ officiales, quæ concernunt perſonam eius cui exhibentur, vt ſ̃. dixi, cedunt cùm indicuntur. Abſurdum enim eſt q̃ tu faceres perſonæ meæ ſeruitiũ, niſi quando vellẽ: vt l. cũ patronus. in prin. de oper. lib. & l. operæ in rerũ. eod. ti.

26 † Fabriles verò, ſeu artificiales, quæ nõ concernũt certam perſonam, cedunt à die ſtipulationis: vt d. l. quoties certę. & l. operæ in rerũ. & j̃. de verb. obl. l. interdum. §. j. Sed hic eſt aduertẽdum: quia quandoq̃ operæ promittũtur omnino certæ omni certitudine, tam ex parte operarum, quã ex parte loci, in quo debet fieri operatio: vt puta promitto tibi decem operas zappatorias in tali vinea, vel in tali cãpo: tũc debet intelligi quod dixi q̃ cedunt à die ſtipulationis: ſed ſi eſſent incertæ ratione loci, vt puta promitto tibi decem operas zappatorias: nec dico vbi: tũc illud quod dicitur per gl. q̃ cedunt à die ſtipulationis, pro tanto dicitur q̃ non eſt neceſſariũ peti à patrono: ſed tamen eſt neceſſe quòd ipſi liberto demõſtretur locus, in quo debeant zappare: aliàs non tenetur: vt l. multum. in prin. j̃. de

27 condi. & demon. † Dicetis vos, quando locus certus non de-

b ſignatur: tunc ſtipulatio erit ipſo iure nulla: [b] vt l. iij. §. ſi quis inſulam. j̃. de eo quod cer. lo. & l. qui inſulam. de verbo. oblig. Reſpondeo, differentia eſt vtrum quis ſtipuletur operas vel opus. Nam ſi ſtipuletur opus, certum eſt quòd de ſui natura cohæreat ſolo: aliàs non valet non adiecto loco, vt in legibus contrarijs. Sed ſi quis ſtipuletur operas, referendo ſe ad actũ perſonæ: tunc valet etiam non adiecto loco, vt in multis legibus ſ̃. alleg. & hoc tenui in l. ita ſtipulatus. in princip. in. v. op-

28 poſi. j. partis. j̃. de verb. obli. † Quandoq̃ quis ſtipulatur operas ſimpliciter, non diſtincto vtrum ſint officiales an fabriles, vel quæ: iſto caſu quicquid gloſſ. dicat, debemus reſpicere perſonam promittentem operas. Si enim promiſſor exerceret aliquod artificium tempore promiſsionis, intelligemus de operis artificialibus: idem & de fabrilibus iudicabimus. Si verò libertus nullas alias operas exercere ſciebat niſi offi-

a ciales: vt ſunt multi domicelli, qui neſciũt aliud facere quàm famulari: tunc tanq̃ de officialibus ſiue obſequialibus iudicabimus. Hic eſt text. expreſſus in l. hæ operæ. in principio. & l. hæ demum. de operis libertorum. Sed quid ſi vtrũq̃ ſciebat facere, & erat cõſuetus facere? Dico, inſpicimus id, in quo magis verſabat̃ tempore quo operę debebant præſtari: non tamen facta fuit promiſſio: vt d. l. hæ demum. & l. eius artificij. eodem tit. & l. le-

29 gatis ſeruis. §. ſi vnus. j̃. de lega. iij. † Et prædicta faciũt q̃ ſi ſtatutum eſt factum

c ſeu præconium [c] q̃ quilibet debeat comparere armatus publicè tali die ad faciendum monſtram debet intelligi armatus ſecundùm conditionem perſonæ: vt puta, miles vt miles: pedes vt pedes: & hoc cum diſtinctione: quia baliſtarius cum baliſta: & ſic de ſimilibus. & ſic ſecũdùm qualitatem illius exercitij armorũ, in quo verſatur debet eſſe armatus: aliàs ſecundùm qualitatem hominum eiuſdem qua

c litatis vel conditionis. facit l. plenum. §. d equitij. ſ̃. de vſu & habit. Secunda eſt differentia ſecundùm gl. in ſolutione: certæ enim alij ſolui poſſunt [d] incertæ non: vt d.

d l. operæ in rerũ. In duobus tamen caſib⁹ fallit, in quibus etiã incertæ ſoluũtur alij volente patrono. Primus, ſi patronus nõ

e poteſt aliter vti operis. Secundus, ſi eſt inops: vt l. patronus qui operas. & l. ſi libertus artem. j̃. de ope. lib. Vltramontani nõ admittunt dictã differentiã inter certas & incertas ſed inter officiales & artificiales: intelligẽdo officiales quando dictum exercitũ eſt quæſitum ſine doctrina, ſecundũ eos. Tu dic quòd officiales hæ ſunt quæ concernunt officiũ exhibitũ perſonæ: & non poſſunt alij ſolui, niſi in duobus caſibus no. per glo. Artificiales verò ſeu fabriles poſſunt alij ſolui, vt in gl. Incertę verò iudicant̃ quãdoq̃ officiales: quãdo q̃ artificiales ſecundũ cõditionem promittẽtis, vt dictũ eſt: & eodẽ modo quo ad ſolutionẽ: vt d. l. operę. in prin. j̃. de ope. lib. Tertia differẽtia eſt ſecundum glo. in adiectione perſonarum facta in ſtipulatione: certas enim mihi aut Titio: incertas aũt tantũ mihi ſtipulor. Item certas poteſt ſeruus mihi vel ſibi vel ſimpliciter ſtipulari: incertas verò mihi vel ſimpliciter non ſibi: vt j̃. de oper. lib. l. operæ in rerum. cum l. ſeq. Vltramõtani hoc non patiuntur inter certas & incertas: ſed inter artificiales & obſequiales, vt dictum eſt ſecundũ eos. Tu verò dicas q̃ officiales, quę concernunt perſonã eius, cui edũtur, non poteſt quis ſtipulari ſibi aut Titio vt valeat adiectio, vt per ſolutionẽ facta adiecto liberetur ipſo iure: fateor tamẽ q̃ liberaret̃ ope exceptionis l. fi. in prin. aliàs eſt in §. cùm mihi. j̃. de ver. obli. & l. ſi id quod. de duob. reis. & q̃ liberat̃ ope exceptionis, tãgunt doct. in d. l. liberti libertęq̃. C. de ope. lib. Itẽ ſeruus nõ poteſt eas ſtipulari ſibi, ſed domino, vel ſimpliciter: ſecus in operis fabrilibus ſeu artificialibus: vt d. l. operæ in rerum. cum l. ſequenti. quæ hoc expreſsè probat. Operæ verò incertæ quantum ad prædicta iudicantur quandoque vt officiales, quandoque vt artificiales ſeu fabriles ſecundum qualitatem promittentis: vt d. l. hæ operæ. quæ expreſsè hoc probat. Et prędicta faciunt ad quæ-

e ſtionem, [e] ſi † tu conduxiſti operas cuiuſdam ſeruitoris, an

30 poſsis illum ſeruitorem alij concedere eo inuito vel actionem

a ¶ Heredẽ. Vide Bal. in l. fi. circa fi. col. vlt. de ver. obl. & Bal. in l. liberti libertęq̃. de ope. li. & j̃. in vlt. col.

b ¶ Nulla. Poteſt quis ſtipulari operas ſine adiectione loci. & vide Bar. in d. §. ſi qs in ſulã. ſed Bal. aliter loquit̃ in l. liberti. in vj. colũ. de oper. liber. Et tu adde ad Bart. hic & vide d. Maria. Soci. in c. dilecti. de fo. cõp. vbi q̃ qñ promittitur factũ ſolũ cohęrẽs, tũc vltra expreſſionẽ loci requirit̃ ẽt q̃ exprimat̃ q̃ntitas altitudinis, longitudinis & latitudinis: ſecuſi promittat̃ factũ nõ cohærens ſolo. & allegat Barto. hic. ita ipſe ibi in d. c. dilecti. ver. circa ſecundum.

c ¶ Præconium. Adde Bal. in l. liberti. in vj. col. de oper. lib. Alex.

d ¶ Soluí poſſunt, Vide j̃. prox. col. & Bal. in l. liberti. in vj. col. de oper. libr. & qd ſit dare operas certas & incertas, vide Bal. in l. liberti. in v. colũ. C. de oper. liber.

e ¶ Faciũt ad quęſtionẽ. ſed Bar. & Imo. in l. ij. in prin. ſolut. mat. in q. an tenear facere qd̃ tibi prodeſt & mihi nõ nocet, videt̃ tenere in cõtrariũ in ea cõbinatione dũ allegat l. nec creditores. C. de nou. videlicet q̃ etiã ſcriptor nõ poſſit cogi ſcribere alij libru. Itẽ ad hoc quod no. in l. aquam. & ibi Bal. C. de ſerui. Paul. de Ca. in d. l. ij. in prĩ. dicit q̃ regula l. j. C. de noua. fallit in debitore oparũ. Allegat iſtũ tex. in fi. & idẽ dicit ipſe hic niſi incõmodũ eſſet opas pręſtare debẽti, p d. l. ij. in prin. Et hoc placet. & vide p Ang. & Imo. in l. i ſtipulationib⁹. §. oparũ. de ver. ob. p Baldũ in l. ij. C. de do. & hic adde quæ not. Bar. in l. fi⁹is qui. §. fi. j̃. de pig. vide ſ̃. in proxi. col. in ver. ſed differẽtia eſt. & Bal. in l. j. ad fi. C. de oper. li. & ĩ l. liberti. ĩ vj. co. eo. ti. & dixi ſ̃. p.ximè. Adde Ale. hic eadẽ dicere in d. l. ĩ ſtipulatiõib⁹.

a ¶ Operas alicuius. Si quis locat operas ſuas, an intelligat ꝙ debeat alimẽtari à cõducẽte: ſed ꝙ cõducẽs debet alimẽtare, tenet gl. in l. qm̃. C. de teſta. ſed Bald. ibi tenet ꝙ nõ debent alimenta, niſi vniuerſalis cõſuetudo eẽt in cõtrariũ. & ibi etiã gl. & Bal. Quid ſi laborator meus rupit ſua ferramẽta in loborario, ꝙ nõ teneor ſatisfacere. Et hic adde Bal. in l. liberti libertęq. ĩ vj. col. C. de oper. lib. An autẽ vaſallus debeat ſequi dũm ſuis ſumptibus, vide Bal. in l. Meuia. §. j. de annuis leg. Et an teneant operarij portare ſua ferramẽta, vide Ang. & Imo. in l. ſtipulatiões cõmodiſsimũ. de ver. oblig. & Bal. in l. j. C. de ver. ſig. & hic adde Bar. in l. ij. C. de ne. ge. facit quod not. Bart. in l. venditores. ff. de ver. obl. Adde Ale. in d. l. ſtipulationes. Et ibi an officialis tenea tur ſuis ſumptibus fa cere cõducere ſarcinu las aſſeſſoris.

b ¶ Nota duo generalia. Qualiter & qũo opera tranſeat ad hæ redes, vide Bar. in l. ſi ſic. de ver. ob. circa fi. gl. Bar. & latè Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. Et ibi an etiã trãſeat ad filium exhæreda tũ, vide ſ. e. §. j. iiij. col.

c ¶ Licet ſtipuleẽ. De his omnibus vide la tè Bal. in c. j. §. hic quo que. de ſucc. feu. & p Io. de Imo. in l. qd̃ dicitur de ver. oblig.

d ¶ Si decẽ. Alleg. Bal. in no. q. in l. j. in penu. col. in xiiij. q. C. de his quę pœnæ nomine.

e ¶ In pendenti. Et ad de ꝙ in obligatione alternatiua non trãſ it dominiũ ante electionem l. ſi in rẽ. la j. de rei vend. & ita al leg. Bal. in l. conuẽti culã. in iiij. col. de epi. & cle. Alexand.

alteri cedere, quã aduerſus eum habes. Et certè ſi quidẽ promiſit tibi ſeruitiũ quod concernit perſonam tuam: & tunc nõ po terit alij delegari. Si verò aliud promiſit, puta ſcribere, & ſimilia: & tunc poterit al teri delegari: vt hic. Sed ſi ꝓmiſit tibi ſeruitium vel operas ſimpliciter: dic præmiſ ſam promiſsionẽ iudicandam eſſe de operis officialibus, vel aliàs ſecundùm qualitatem perſonæ promittentis, vt dictũ eſt: & ſecundùm hoc poterit alij delegari vel nõ delegari. Facit ad prędicta de fideicõ. lib. l. is q ex cauſa. & l. generaliter. §. quoties. Sic debet intelligi qd̃ no. per doc. C.

31 denoua. l. j. Quarta differẽtia † eſt ſecun dùm gl. qa certas debet libert' pręſtare vi ctu & veſtitu patroni: incertas ſuo victu: vt j̃. de ope. libe. l. ſuo victu. & l. aut certè. & l. imponi. & l. pe. & ſic d. l. pe. intelligat de operis certis tantũ, vt ibi nota. & eſt in hac gl. Alij, vt Iac. Bal. dicunt totũ econtra, vt certas pręſtet libertus ſuo victu, incertas victu patroni. Ratio: quia in operis certis poteſt ſibi prouidere qd faciat: ſecus in incertis. Tertij dicũt ꝙ ſi liber tus non habet vnde ſe alat, debet pręſtare ſumptu patroni, aliàs ſumptu ſuo videtur d. l. ſuo victu. & d. l. aut certè. Et iſtã opin. videtur tenere glo. tertia in d. l. ſuo victu. & Azo in ſumma. qd̃ mihi placet. Quid

20 Hic est casus hic in prin. & hęc † exceptio vere potest appellari exceptio inducta ad rigorem iuris conseruandũ. Expediti sumus de prima glo. venio ad secundã. Dicũt hic in tex. q; post sententiã absolutoriã remanet debitũ naturale, & ita tenui ś. Cõtra: quia fauorabiliores debemus esse ad absoluendũ quã ad condemnandũ: vt l. Arrianus. de act. & oblig. & l. fauorabiliores. de reg. iur. sed per sententiã condemnatoriam ipso iure actio in factũ inducitur: vt C. de reb. cred. l. actori. ergo multo magis debet per sententiã absolutoriã tolli ipso iure. Dicit gl. istud ideo est: quia actori nõ prodesset sentẽtia, nisi pareret ei actionẽ: reo vero prodest absolutoria si parit solã exceptionẽ. arg. ś. de eo per quẑ fac. erit. l. j. §. si reus. Ita dicit gl. vide eã, nec dicit plus secundũ quosdã libros. Alij habent aliquid vltra, & fuit additio Francisci Accursij. Aduertatis ad prædicta. Tu dicis q; plus facit sententia condẽnatoria q̃ absolutoria per rationẽ iam dictã. Cõtra: sentẽtia absolutoria tollit ciuilẽ, vt hic: sentẽtia condẽnatoria inducit ciuilẽ obligationẽ: ergo idẽ facit tollẽdo quod inducẽdo: vnde idẽ facit condẽnatoria quod absolutoria. Huius timore dicit gl. nõ est verũ q; absolutoria tollat ciuilem obligationẽ, sed elidit eam: condẽnatoria vero bene inducit ciuilem. & sic plus facit cõdẽnatoria q̃ absoluto

21 ria. Ita dicit glo. q; an ſt verum, statim videbimus. † Itẽ opp. ad prædicta sententia facit ius: vt l. ingenuũ. ś. de statu. ho. ergo sententia inducit & tollit obligationem. Respondeo, q; sententia facit ius. Est verum in casibus tantũ, qui notantur in l. Papinianus. §. fi. ś. de inoff. test. dicit glo. inter quos casus non est iste. Huic glo. videtur contradicere glo. præcedens, quæ dicit q; etiam in casu legis nostrę sententia pro veritate habetur.

22 Respon. Aliud † est dicere sententiam facere ius, vt hic: aliud est dicere q; cõtineatur in sententia haberi pro veritate. Nam primo casu sententia inducit ipsam veritatẽ, & facit q; verũ est illud qd̃ in sententia dicit̃. Secũdo casu nõ facit hoc, sed perinde habet̃ ficte acsi esset. Ita intelligit gl. j. de reg. iur. l. res iudicata. Pro declaratione prę missorũ habemus videre de effectu rei iudicatæ seu de effectu sentẽtiæ. Circa quod sciendum est q; quidã sunt casus, in quibus snia facit ius: & tunc de eius effectu nõ est dubiũ, vt ś. dixi. Quidam sunt casus, in quibus snia nõ facit ius. & hic est aduertẽdũ. Primo de effectu snæ in reali actione. Secũdo de effectu snæ in personali. Circa primũ † de effectu snæ condẽnatoriæ in reali, an per eã trãsferaẑ dñiũ, dixi plenissime in l. Põponius. §. si iussu. de acqui. pos. doct. tangunt in l. j. C. cõia vtriusq; iud. gl. in l. sunt & aliæ. ś. de pub. & Insti. de offi. iud. in fi. Itẽ an cõdẽnatoria inducat actionẽ in factũ. & loquor de condẽnatoria in reali. Glo. tãgit ś. de iud. l. j. & ś. de iureiur. l. sed & si possessori. l. nã postea. in fi. & ibi dixi in l. miles. §. iudicati. j. de re iudi. & ibi etiã dixi de sentẽtia absolutoria lata in reali. Gl. dicit hic, q; p eã nõ desinit esse domin[9], qui primo erat dñs. Plenius tãgitur in l. exceptio. j. de excep. rei iudic. & ibi plene dixi. nõ est nostra materia hic. † Secũdo est videẽdũ de viribus rei iudicatæ in actione personali. & ista est materia nostra, & primo videamus de sententia condẽnatoria. & hãc cõstat sine dubio producere actionẽ: vt l. actori. C. de reb. credi. & j. de re iudi. l. miles. §. iudicati. & §. fi. tamẽ dubitaẑ quæ sit ista actio. Gl. nostræ cõiter dicũt q; est actio ĩ factũ. Alij doc. dicũt q; vocaẑ actio iudicati, de quo per doct. in d. l. actori. & ego dixi in d. §. iudicati. † Itẽ dubitatur, vtrũ res iudicata producat obligationẽ. & casus est q; sic in l. iij. §. idem scribit. j. de pec. sed dubitatur quæ sit ista obligatio: quidã dicũt q; ciuilis tantũ: & hoc voluit sentire glo. hic dũ dicit, ciuilẽ inducit: qa iudiciũ redditur in inuitũ: vt l. inter stipulantẽ. §. j. de verb. oblig. & sic deficit cõsensus. Et si dicatur, quomodo ergo actionẽ producit sola ciuilis: cõtra ea quæ no. Insti. de oblig. in prin. Rñdeo, q; speciale est hic propter authoritatẽ rei iudicatæ. Alij dicũt q; ꝓducit ciuilẽ & naturalẽ obligationẽ: quia in iudicio quasi cõtrahitur: vt d. §. idẽ scribit. alleg. Item[b] si non appellauit, videtur cõsentire, & ex illo consensu inducitur naturalis: vt l. ei qui. C. de tẽpo. appel. & l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & l. j. de postula. Præterea, posito q; nõ cõsenserit: tñ qa nõ habet iustam cãm cõtradicendi pro cõsentiente habeẽ: vt l. dotẽ. solu. mat. & ita tenet Gul. de Cu. Alij dicũt q; est ciuilis vera & naturalis præsumpta ex eo q; nõ appellauit. Sed si tu poneres q; ipse appellauerit semel vel bis, & semper succubuit, & sic nullus põt dici cõsensus aut præsumi: & tũc dicendum est q; hoc casu sola ciuilis producat actionẽ, nec mirãdum. Si enim lex facit & p̃sumit contractum vbi non est, vt l. j. §. j. de rei vxo. act. multo magis põt producere actionẽ, etiã sine obligatione naturali. Facit ad prędicta. j. de euictio. l. si plus. §. j. & in hoc videbatur residere Iaco. But. Mihi neutra harum opi. placet. Nã posito q; quis expresse consensisset sententiæ: per hoc natural is obligatio nõ tollitur, nec inducitur: vt d. l. cũ a te. ś. de dolo. nõ eã pendet sententiã iudicis ex consensu partis, sed ex sua iurisdictione: vt no. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. secus esset in sententia arbitri: vt C. de arbi. l. cum antea. quid dicendum? Respõdeo, aduertatis. Pro huius declaratione[c] debes scire q; † obligatio naturalis dicitur de iure gentiũ, vt l. Stichũ. §. naturalis. & ibi not. j. de sol. & in l. cũ amplius. in fi. de reg. iur. Dicam j. eo. l. si id quod. Ille ergo, qui est obligatus ex aliqua æquitate vel dispositione iuris gentium dicitur obligatus naturaliter. Ille vero, qui est obligatus ex aliqua dispositione ciuili, dicitur obligatus ciuiliter: vt Institu. de obli. in prin. ibi scd̃m nostræ

23

24

25

26

a

b

c

¶ Ciuilẽ. Intelligiẽ ipso iure. l. Stichum. §. naturalis. j. de sol. solu. & Bart. in d. l. si vnus. §. pactus. post glo. ś. de pac. in ver. item dubitatur vtrũ res iudicata ꝓducat obligationẽ, &c. Et etiã vide Bar. in l. ab eo. C. quõ & qñ iudex. & in l. j. in vj. colum. ś. cod. & in l. cũ quis. de iur. & fac. igno. & in omnibus p̃dictis locis tenet ex sentẽtia cõdẽnatoria nõ oriri natural̃ obligationẽ. cuius contrariũ ipse tenet hic. Posset forte intelligi opi. sua in d. l. ab eo. cũ similibus. qñ esset snia iniusta re ipsa: quoniã licet transiuerit in rẽ iudicatam, ex quo tamẽ nõ est expũsse approbata p̃ succũbentẑ, nõ oriẽ naturalis: sicut dicimus in snia iniusta absolutoria, quæ nõ tollit obligationẽ naturalẽ, vt hic. & l. ꝓcurator ad exhibẽdũ. §. j. rẽ ra. habe. multo minus ergo sentẽtia iniusta debet inducere obligationẽ naturalẽ. ar. l. Arrianus. Sed opi. Bar. hic verificatur qñ vere esset sententia iusta. dubito: iõ cogita per Angel. in repetitiõe l. j. de iud. in iij. & v. charta.

POMATES.

¶ Itẽ. Vide Felin. c. quod ad consultationẽ. col. iij. de re iud.

¶ Declaratione. Vnde causẽ ciuilis obligatio & naturalis. De naturali vide q; no. Bal. in l. fi. in ix. col. C. qd̃ cum eo. in ver. itẽ oppo. q; pater. & not. Bal. in authẽ. ad hæc. C. de vsur. latius per Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur.

a ¶ Aſtringit. Ius diuinũ dicitur naturale. Pro quo allego glos. Inſtitu. de obli. quæ ex delic. naſ. in prin.

b ¶ Formiter. Ex ſententia formiter lata oriẽ actio vtilis ex cõtractu. & vide in l. arbitris. & quod ibi Bald. C. de arbi.

30 POMATES.

b ¶ Formiter. Ex ſententia formiter lata oriẽ actio vtilis ex illo contractu, cuius formã continet ipſa ſnia. & vide Alexã. in l. miles. §. fi. colũ. pe. j. de re iud. Vide Bal. in c. ſciſcitatus. ad fi. de reſcrip.

c ¶ Abſolutoria. vtrũ abſolutoria tollat ciuile & naturale, pro hoc dicebat Bald. in l. id qd̃ pauperibus. in v. col. C. de epi. & cle. q̃ ſi teſtator iubet ſolui debita, non poterũt peti debita de quibus teſtator iniuſte fuit abſolutus, niſi iniuſtitia eſſet notoria. Ad hoc quod not. Inn. in ca. qa plericq. de immu. ecc. & Bar. hic. adde Bald. aliter loquentẽ in l. cũ qs. in vj. col. & ibi Bar. C. de iu. & fact. igno. plene Ang. in l. j. C. de iudi. in repetitione in iiij. & v. charta. & in l. vbicunq. de fideiuſſo.

d ¶ Iuris prętorij. Bar. tenet cõtrariũ in d. §. naturalis. & in l. vbicũq. de fideiuſſ.

e ¶ Ciuis. Et vide j. eo. in verſi. vbicũq. & iſta limita vt per Ange. & Imo. in d. l. vbicunq. de fideiuſ. & quod not. do. Ioã. de Imo. in l. iij. j. de fideiuſſ.

ciuitatis iura, & c. Ex hoc apparet q̃ obligatio naturalis põt induci aliter q̃ per cõſenſum. qd̃ apparet in multis, vt in dño qui obligatur actione negotiorũ geſtorũ ignorans. Itẽ in pupillis, qui obligantur quatenus ſunt effecti locupletiores, licet ignorãtes propter illã regulã iuris gẽtiũ: quia natura æquũ eſt, neminẽ cũ aliena iactura locupletari: vt l. nã hoc natura. §. eo. & l. iure naturæ. j. de regu. iur. nunc ad p̃ poſitũ ſnia inducit ciuilẽ obligationẽ: qa obligat me ſcd̃m noſtræ ciuitatis iura: vt Inſti. de obli. in prin. & l. iij. §. idẽ ſcribit. j. de pec. Item inducit naturalẽ obligationẽ nõ ex cõſenſu: quia cõſenſus nihil operat̃ in ſnia quantũ ad hoc, vt §. dixi. ſed inducit naturalem obligationem ex æquitate

27 †iuris gẽtiũ, quæ eſt vt maioribus pareamus: vt §. de iuſti. & iur. l. veluti. Eſt enim æqtas naturalis, quæ me aſtringit[a] vt obſeruem illa quæ prẽcepit dñs & maior: in l. diuina, quæ ius naturale dicitur: ſcriptũ eſt, Qui nõ obedierit principi, morte moriatur: vt in c. ij. de maio. & obed. Dices tu quomodo hoc, cũ iudices & magiſtratus fuerint de iure ciuili: vt l. ij. §. poſt originẽ. de orig. iur. ergo q̃ obediamus iudicibus nõ fuit de iure gentiũ: cũ illo iure iudices & magiſtratus eſſent incogniti? R. fideo de iure gentiũ fuerunt magiſtratus & reges: vt l. ex hoc iure. §. de iuſti. & iu. ibi: regna cõdita, &c. Aliũ aũt iudices inferiores poſtea fuerũt introducti à iure ciuili. æquitas ergo, quæ eſt vt obediatur iudicibus, eſt inducta de iure gentiũ, quæ p̃ ducit naturalem obligationẽ, licet nõ ex conſenſu: producit ergo naturalem obligationẽ & ciuilẽ, licet non actionem. Sed

28 †dubitatur, ſi ſententiatũ eſt formiter:[b] puta, rem vẽditã eſſe, an oriatur vtilis ex contractu: ſicut dicimus in iureiurando: vt l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. & §. Marcellus. §. de iureiu. Certe & hoc dicebat Iac. But. q̃ hic nõ reperitur bene expreſſum. tamen hoc idem poſſemus dicere ad ſimilitudinem iuriſiurãdi, cũ res iudicata pro veritate habeatur, vt ſupra dictum eſt. Sequitur

29 de ſententia abſolutoria.[c] & quidam dicunt q̃ ſententia abſolutoria †ciuilẽ tollit, & naturalis remanet, vt hic in tex. Et hoc innuũt hic omnes gl. antiquæ. quod probatur per rationẽ: qa cũ vtraq. ſit iuris ciuilis, põt vna tollere aliã: vt l. ſi vnus. §. pactus. §. de pac. Alij dicunt q̃ ciuilẽ nõ tollit, ſed elidit: vt hic dicitur in fi. ſecundæ glo. quæ eſt additio. Per hoc videtur caſus Inſt. de exce. §. item ſi in iudicio. & hoc tenet Gul. de Cu. ſed gl. in d. §. itẽ ſi in iudicio. videtur tenere q̃ tollat̃ ciuilis, & remaneat naturalis. Iac. But. diſtinguebat ſic: Aut iudex abſoluit reũ, qa actor nõ probauit: & tũc fateor q̃ tollitur ciuilis, & remanet naturalis, vt hic. Ratio quia iudex intẽdit trãſigere: hoc eſt, illi liti finẽ imponere: & ſic tollit ciuilẽ nõ autẽ naturalẽ: qa nõ põt. Sed ſi iudex abſolueret, qa nõ debitũ: tũc nõ tolleret ciuilẽ, nec naturalem, ſed elideret. Ratio, quia iudex non intendit aliq̃d inducere, ſed declarare: & actus nõ debet operari vltra intentionem agentis: vt l. non omnis. §. ſi cer. pe. Mihi videtur q̃ iſto caſu tollatur etiam ciuilis: quia iudex intẽdit imponere finem controuerſiæ in omni ſententia diffinitiua, vt l. j. j. de re iud. Prætera, ſi iudex in perſonali ſolum declarat inducit actionem. l. ſi prætor. in prin. §. de iud. Eadem ratione per declarationem abſolutoriã tollit obligationem. Prætera ciuilis oblatio eſt, quando quis tenetur ſecundum noſtræ ciuitatis iura: ſed poſtq̃ quis eſt abſolutus, non tenetur ſecũdum noſtræ ciuitatis iura: ergo tollitur ciuilis. Prætera quicq̃d dicatur, caſus eſt hic in prin. iſtius l. dum dicit natura debitor p̃ manet. q. d. nõ tamẽ ciuiliter. Quia tamen hæc dicta circa effectum ſententiæ abſolutoriæ non ſunt plena, ideo aduertendũ eſt q̃ reus abſoluitur quãdoq̃ ipſo reo principaliter poſtulante, & ad hoc alium ad iudiciũ prouocãte. Q̃nq̃ abſoluitur, cũ ipſe ab actore ad iudiciũ p̃uocatur. & hoc ſecundo caſu. q̃nq̃ abſoluitur, qa non probatũ. q̃nq̃ non: quia debitũ. Q̃nq̃ exceptione eſt tutus, q̃nq̃ ſimpliciter: quãdoq̃ abſoluitur ab ob-

30 ſeruatione iudicij. Circa quodlibet †iſtorũ de effectu ſentẽtiæ abſolutoriæ videamus. Et primo q̃n abſoluitur ipſo reo hoc principaliter poſtulante: aut reus hoc poſtulat p̃ aliquod

d remediũ iuris prætorij:[d] vt per in integrũ reſtitutionẽ † petit

31 ſe liberari ab aliqua obligatione: tunc in integrũ reſtitutio nõ tollit actionẽ nec obligationẽ naturalẽ ſaltẽ, ſed p̃ducit exceptionem, ſcd̃m glo. in l. iij. §. ſed vtrũ. §. de mino. & illa glo. incipit, licet em̃ pater &c. licet moderni aliter dicãt, C. de fideiuſſ. min. l. ij. quorũ dictũ nõ placet, vt ego dixi in l. Stichũ. §. naturalis. de ſo. Ratio huius eſt: qa prætor obligationẽ iuris ciuilis nõ põt tollere ſeu totaliter extinguere, ſed i effectu ſic: vt Inſti. de bo. poſ. §. quos aũt. & l. & ſi ſine. §. ſed qd̃ Papinianus. §.

e de mono. Quãdoq̃ abſoluit̃ aliquo remedio iuris ciuilis[e] p̃ poſito: & tũc aut obligatio q̃ p̃cedebat erat paris potentiæ cũ ſnia: vt puta, qa per ſolã ſniam erat obligatus: & tunc puto q̃ in totũ liberetur à prima obligatione: vt l. j. & ij. C. de ſen. paſ. & l. illicitas. §. fi. §. de offi. præſi. Si vero obligatio, quæ præcedebat, erat inducta à principijs potentioribus, vt puta quia erat obligatus ex cõſenſu, vel qa factus erat locupletior: & tũc puto q̃ talis abſolutoria tollat actionem & obligationẽ ciuilẽ naturalis autem non tollitur, ſed remanet: vt l. pœnæ cauſa. in prin. §. eo. in tex. & glo. prout ponitur exẽplũ de l. extat. de l. in criminali. & de auẽ. ſtatuimus. C. de epi. & cle. Poſſet poni exẽplũ in auẽ. habita. C. ne fil. pro patre. & ſimilibus. Prędicta vera q̃n iudex ipſe abſoluit. Secus ſi partẽ cogeret ad abſoluẽdũ: qa tũc ſecũdũ abſolutionẽ, quã faceret pars, iudicaremus: nõ ſcd̃m ſniam: & ideo eſſet videndũ an cogeret̃ ad abſoluẽdũ pacto vel acceptilatione: vt l. iiij. §. nũc de effectu. & §. ſeq. de lib. le. Poſſes tu dicere q̃ ſemper debeat tolli naturalis. Cũ enim ſnia naturalẽ inducat, vt §. dictũ eſt, ergo naturalẽ obligationẽ multomagis tollit: vt in. §. pactus ne peteret. Solutio vt patet ex diſtinctione prædicta: nã obligatio naturalis põt cauſari à quadam æquitate iuris gentium, quæ cauſat̃ in perſona ipſius obligationis: vt puta ex illa æquitate q̃ placuit promiſſa ſeruari: vt l. j. de pac. & j. de conſtit. pecu. l. j. vel ex illa æquitate, qua placuit neminẽ cũ aliena iactura locupletari: vt l. nã hoc natura. §. eo. Quædã eſt æquitas iuris gẽtiũ, quę nõ cauſatur principaliter in perſona ipſius obligati, ſed in cõi, vt puta q̃ maioribus pareamus. & iſta ſecunda nõ eſt tantæ potentiæ, quãtæ eſt æquitas prima: quæ procedit magis ſcd̃m naturalẽ rationẽ: ideo ſnia bene tollit naturalẽ quæ cauſatur à pari potẽtia: ſecus ſi cauſaretur à maiori potentia, vt §. dictum eſt.

Secundo dixi q̃ quandoq̃ quis abſoluitur prouocatus in iudicio ab actore: & hoc fit quãdoq̃ quia actor nõ probauit: quoniam actore non probante reus abſoluitur: vt l. qui accuſare. C. de eden. & l. actor. C. de proba. & iſto caſu puto q̃ tollatur obligatio ciuilis: naturalis vero remanet: vt hic. licet glo. aliter ſentiat. Ita intelligo Inſtit. de excep. §. item ſi in iudicio. nõ tamẽ tollitur actio: vt l. cũ à te. §. de dolo. Et ſi dicis, quomo

32 do põt remanere actio naturalis ſublata ciuili, cũ ſola † naturalis ſit inhabilis ad producendã actionẽ, vt j. de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. & de act. & obli. l. naturales? Reſpon. ſola naturalis non producit, ſed eſt habilis ad actionem productã conſeruandã: ſicut ſola ciuilis nõ eſt habilis ad producendum actionẽ. & no. Inſti. de obli. in prin. tamẽ cõſeruat actionẽ iam productã, licet naturalis obligatio tollat̃: vt l. ſi vnus. §. pactus. §. de pact. Item poſſes tu dicere ſi ſnia tollit obligationẽ ciuilẽ, quare nõ tollit actionem, quæ ſimiliter eſt de iure ciuili? Rñdeo, obligatio ciuilis cauſatur mere à diſpoſitione ciuili: actio vero oritur ex obligatione ciuili & naturali ſimul iuncta. & ideo licet tollatur obligatio ciuilis, non tollitur actio: qa nõ tota producit̃ ab obligatiõe ciuili, ſed à naturali. Naturalis em̃ obligatio eſt ibi vt mater, ſeu vt materia: ciuilis vero eſt ibi vt pater

pater ſeu vt cauſa agẽs. & ſufficit ad conſeruandũ quem in aliquo iure ſupereſſe patrẽ vel matrẽ: vt l. j. C. de capti. Quãdoq̃ abſoluitur reus: qa nõ debitũ. & hic eſt aduertendũ. Aut abſoluit̃, quia nõ debitũ: hoc eſt, qa nõ cõtractũ, & ſic p̃nunciat̃ ſup facto: & tunc idẽ: qa tollit̃ ciuilis, & remanet naturalis: tñ iſta naturalis remanet inualida: qa nõ poterit p̃bari, ne veniat̃ cõ-

33 tra ſniam, vt hic, in prima lec. qd̃ limita niſi propter †dolũ acto ris hoc cõtingeret: quia tũc contra illud qd̃ ſententiatũ eſt, poſſet probari: vt l. ſeruus. & ibi not. in l. cũ a te. §. de dolo. & in l. & elegãter. §. pe. & ibi etiã no. eo. tit. Si vero abſoluitur, quia non debitũ, & pronunciatur ſuper iure: & tũc dic, aut dicit non debitũ ſimpliciter, aut nullo modo debitũ: vt §. dixi ſecundũ Iac. But. r. circa primã lect. huius legis: actio tamẽ non tollitur: vt d. l. cũ a te. licet quidã doc. dixerint cõtrariũ, vt refert Cyn. C. de proba. l. exceptionẽ. dicentes q̃ exceptio rei iudicatæ eſt exceptio facti vel intentionis potius q̃ iuris: quaſi per abſolutoriã eſſet actio ſublata. qd̃ manifeſte falſum eſt, vt d. l. cũ a te. Quãdoq̃ qs abſoluit̃, quia habet exceptionẽ. hic aduerte: qa ſubtile eſt, & intramus quandã opi. quę fuit inter Pet. & Iac. quam

34 Cy. ponit in d. l. exceptionẽ. Dicebat em̃ Iac. q̃ exceptio †tollit ipſo iure actionẽ poſtq̃ peruentũ eſt ad conflictũ. Pet. dicebat cõtrariũ: quia ego video cõtra exceptionẽ iã propoſitã q̃ proponit̃ replicatio & iuuat̃ actio: vt inſti. de replica. in princ. & ſic per exceptionẽ quantũcunq̃ p̃poſitã actio nõ perimit̃ ipſo iure. Mihi videt̃ dicendũ q̃ ſi quidẽ exceptio eſt oppoſi-

a ta[a], quæ in veritate cõpetebat: & ſuper ea eſt obtentum, adeo q̃ eius vigore reus eſt abſolutus: tũc actio ipſo iure perimitur. tex. eſt in l. ſi plures. in prin. de fideiuſ. Nã ibi dicit̃, actionẽ reſtituendam per beneficiũ reſtitutionis: ergo erat ſublata. Pro hoc j. de excep. rei iudi. l. ij. & hoc ſi vere cõpetebat exceptio, vt dixi. alias ſi nõ cõpetebat, ſed fuit propoſita licet falſa, & ſup̃ ea fuerit obtẽtũ, tũc actionẽ non tollit: vt d. l. cũ a te. §. de dolo. ante tñ quã ſuper ea obtineat̃, ſola propoſitio exceptionis actionẽ nõ perimit. Ita loquitur opinio Pet. alias nunq̃ oppoſi poſſet aliqua replicatio. qd̃ eſt abſonũ. Vides ergo q̃ perimitur actio. Sed an perimatur obligatio, puto conſiderandũ vtrũ exceptio oriatur ex tali æquitate, quæ elidat obligationem ciuilem & naturalẽ, vel alteram tantum. quod apparet ex his quæ dixi ſuper hac glo. & illã quam elidit poſtquã venerit ad conflictum, perimat totaliter, per ea quæ modo dixi circa actionẽ. Eã vero quã nullo modo elidit, non perimat. Quandoq̃ quis abſoluitur ſimpliciter: & tũc, vt dixi, abſolutio ſimpliciter facta intelligitur facta ex ea cauſa quæ ex actis colligitur: vt not, in l. ſi quis ad exhibendum. j. de excep. rei iud. Et in dubio videtur quis abſolutus: quia non probatũ: vt hic. & dixi §. circa primã lect. Vnde quicquid ex actis appareat vel nõ appareat, ex prædictis habes reſponſionẽ. Quãdoq̃ quis abſoluitur ab obſeruatione iudicij. & hic eſt aduertendũ. Q̃nq̃ quis abſoluit̃ ab obſeruatiõe iudicij ex vigore alicuius exceptiõis perẽptoriæ: vt puta iudex me abſoluit, qa oppoſui exceptionẽ rei iudicatæ, tranſactionis, vel iuriſiurandi, vel quia ſolui pendente iudicio: vt Inſtit. de perpe. & temp. act. in fi. & tunc per hanc abſolutionem quis liberatur ipſo iure, per ea quæ. §. dixi de exceptione, quæ tollit actionem ipſo iure, cum venitur ad conflictum, & per caſum l. ſi oleum. §. j. §. de dolo. Et eſt mirandum quod licet ſolutio de qua eſt oppoſitum ante ſententiam, nõ eſſet ita perfecte facta quod actionem perimeret: tamen ſecuta dicta abſolutoria cũ ſolutione imperfecta actio

b ipſo iure tollitur. & ideo non poteſt agi[b] niſi de dolo, vt d. l. ſi oleum. §. j. ſi tamẽ nulla ſolutio fuiſſet facta: & ſic ibi nulla exceptio competebat in veritate, & falſo fuiſſet oppoſita: tunc actio prima non tolleretur: vt d. l. cum a te. §. de dolo. Si vero abſoluitur ab inſtantia iudicij virtute alicuius exceptionis dilatoriæ, vt quia libellus non eſſet bene formatus, vel propter ſimilia: tũc certum eſt q̃ nec actio nec obligatio perimitur: vt §. ſi mẽſ. fal. mo. dixe. l. j. §. j. vbicunq̃ autẽ. §. dixi per ſententiam nõ tolli actionẽ nec obligationem naturalem: intelligas, niſi obligatio & actio præcedens eſſent in pari potentia: vt puta ex alia ſententia, ex qua dubitabatur an eſſet lata: tũc alia ſnia cõtra illã lata valet, & tollit eã ipſo iure & omnẽ eius effectũ: vt l. j. circa prin. j. quæ ſen. ſine app. reſcin. Sumus expediti de iſta parte. ſequitur verſi. ſimilẽq̃. Iſte ver.

a in fi. ſui, ibi dũ dicit, quia ex vna cã alterutrius ſolutiõis origo proficiſcit̃, & c. legit̃ in glo. duobus modis, quæ eſt clara. tene quã vis. Opp. hic innuitur q̃ qñ quis p̃ mittit, ſi nauis ex Aſia venerit: q̃ certum ſit debitũ iri. cõtra. j. qñ di. leg. ced. l. huiuſmodi. Iſtud cõtrariũ ſoluitur in gl. tribus modis. Primo modo qd̃ aliud in cõtractibus: vt hic: & aliud in vltimis voluntatibus, vt ibi. Iſta eſt vera ratio: qa iſta obligatio videt̃ interim conditionalis anteq̃ ſimus certi q̃ nauis ex Aſia venerit, vel nõ: & ideo gl. hic in fi. dicit q̃ interim nõ põt agi, per l. ſi ita quis. j. de verbo. oblig. Vnde cũ in cõtractu ſpes obligatiõis cõditionalis trãſeat ad hæredẽ: vt in §. ex conditionali. Inſtit. de ver. ob. certũ eſt debitũ iri ex iſta obligatiõe: ſed in vltimis voluntatibus ſpes obligationis conditionalis nõ trãſit ad hæredẽ. & ideo quia legatarius poteſt interim mori anteq̃ ſit certũ, nauẽ ex Aſia venire vel non venire: nõ eſt certũ debitũ iri. ideo ſolutũ poſſet repeti: vt d. l. huiuſmodi. Sed ſi legatũ eſſet cõceptũ ſub duabus cõditionibus cõtrarijs, quarũ vnã exiſtere in vita legatarij certũ eſſet: tũc eſſet idẽ in legato quod in cõtractibus. Exemplũ: lego Titio centũ, ſiue Romã iuerit, ſiue non iuerit. Certe in puncto quo moriętur, licet adhuc viuat certũ eſt ipſum Romã nõ iuiſſe vel non iturum eſſe. Pro hoc optime j. qñ di. leg. ced. l. fi. & iſta eſt vera ſol. Alij, vt Io. dicũt, Aut ſunt duæ ſtipulationes, vel duo legata. qd̃ apparet ſi bis eſt poſita iſta dictio, ſiue. Aut eſt vna ſtipulatio vel vnum legatũ. quod apparet qñ iſta dictio, ſiue, ſemel tantũ eſt poſita. Primo caſu nõ cedit, niſi altera iſtarũ cõditionũ extiterit. Secundo ſic ſcd̃m Io. Gl. reprehẽdit hãc ſol. quia eſt cõtra caſum huius l. & d. l. huiuſmodi. & bene reprehendit̃ Ioã. ſi ſic dixiſſet. Sed ipſe intellexit aliter, ſ. aut reperit̃ bis verbũ inductiuũ obligatiõis, aut ſemel tãtũ: vt primo caſu ſint duæ obligatiões. Secũdo caſu vna habẽs bipartitas cõditiones. Et qñ ſunt plures obligationes ſolutũ põt repeti: niſi ſit certũ ex qua debeat̃, ſcd̃m opi. Io. & etiã gl. j. proxi. rñ. Sed eorũ opi. nõ eſt vera: vt j. dicã. iõ nec hæc ſol. tñ vt ſcias an in oratione poſſit poni vnũ ſiue tantũ vel nõ, aduerte. Aut cũ ponitur dictio ſiue, nõ præcedit alia oratio conditionalis: & tũc de neceſsitate debet ſeqũ aliud ſiue. j. de in rẽ verſo. l. iij. §. j. & ibi no. gloſſ. in verbo, ſiue. Aut præcedit oratio conditionalis: & tunc ſufficit vnum, ſiue tantũ: vt dico, promitto tibi centum, ſi nauis ex Aſia venerit ſiue Stichus factus conſul fuerit: vt in hac glo. facit j. de verb. obli. l. ſi ita quis ſtipuletur. Tertio modo ſoluitur ſecundũ Azo. aut fuit appoſitũ certum tempus: & loquitur lex cõtraria. Aut non fuit appoſitum: & tũc ſecus. Iſta lectura ſimpliciter intelligendo eſſet mala: qa appoſitio diei certę facit vt obligatio minus ſuſpendatur. Sed ſi bene aduertis ad dictum Azo. ſolu. ipſius eſt bona: quia certũ tempus fuit appoſitum in vna parte conditionis, in alia parte non. Verbi gratia: promitto tibi dare centum ſiue nauis ex Aſia venerit intra triduum, ſiue non venerit. Nam ſi venerit intra triduum, debeo tibi dare cẽtum: ſecus ſi poſtea. Item ſi certum eſt poſt triduum nauẽ non venire, debeo tibi dare centũ: ſecus ſi ante. Ideo eſt mere conditionalis: quia nõ eſt certum debitum iri. & ideo prima ſolu.

35 verior eſt, licet hęc etiam in ſe poſſet eſſe vera. †Reaſſumo ergo breuiter quando aliquid debetur ſub duabus conditionibus contrarijs alternatiue poſitis, Aut quæris vtrũ poteſt peti interim, aut vtrum ſolutum poſſet repeti. & hoc ſecundo caſu, aut erat debitum ex contractu, aut ex vltima voluntate. Si ex contractu: aut nullum fuit tempus appoſitum: aut fuit appoſitum tempus in vna parte alternatiuæ, & in alia non. Si ex vltima voluntate: tunc aut poſsibile eſt legatarium mori ante quam aliqua pars dictarum conditionum exiſtat: aut vna pars de neceſsitate extabat in vita, vt ex prædictis patet. Vltimo

36 quærit glo. vtrum †contra verum debitorẽ abſolutum de illo debito poſsit opponi cõpenſatio. Dicit gl. dic vt j. de cõpenſa. l. etiã. vbi nil dicit: ſed dicitur in l. quæcunq̃. eo. ti. & per Cy.

a ¶ Oppoſita. Not. ad §. itẽ ſi in iudicio. Inſti. de except. & iſta videtur limitare do. Io. an. poſt Ange. in l. vbicunq̃. de fideiuſ. & in l. ſi plures. eo. ti. & Vide do. Io. de Imo. in l. ij. de fideiuſſ.

b ¶ Non põt agi. Sed contra hoc videtur facere l. ſi pupillus. §. q ſub conditione. j. de noua. Ad cuius ſol. dic vt ibi p̃ Bar. & Dyn. & quod ibi dixi. & Bar. in l. poſt dotem. in princ. lect. ſolu. matr.

POMATES.
a ¶ Et hęc faciũt ad q. Vide Felin. in c. fi. in j. & seq. col. ver. amplia terrio. de cõsti. Et faciũt ad hęc quę habenẽ p Pan. i c. suscitata. ad fi. de resti. in integ. & vide Bal. in c. cũ olim. de do. & contu. & do. Nic. Nellũ i reportorio suo in verbo excusa. §. j.
b ¶ Exclusio. Ad hoc bene facit quod not. Bal. in l. illud. in fin. de sacr. sanct. eccles.
c ¶ Tutores, in princ. huius l. specialis casus scdm Bal. in l. iij. ad fin. C. qñ fiscus vel priuatus, &c.
d ¶ Canonico: vt ibi. Et de itellectu huius vide no. in l. nõ quocũq; in prin. de leg. j. & l. inter stipulãtẽ. §. pe. de verb. oblig.

C. de cõpensa. in l. ex cã. Dixi plene in l. procurator. ad exhibendũ. j. rẽ ra. ha. Sequitur versi. vbi autẽ. Iste versi. cõtinet dictũ dissimile dicto Iuliani, scdm quosdã, quorũ opi. reprobat in fi. l. ibi, sed hoc dissimile. & hoc si habetis i fi. l. illũ ver. & iõ. si pẽdẽte cõdõne soluat, nõ poterit repeti. Sed quidã nõ habẽt illũ versi. & ideo, & tunc istud dictũ in ver. vbi autẽ. nõ corrigitur scdm Io. & Azo. licet in ver. sed hoc dissimile. aliqua differẽtia assignetur, non tamen in modo repetendi. Et si dicis qũo potest repeti, cũ vnũ deberi certũ est, vt ś. proxi. versi. dicunt Io. & Azo: quia in præcedenti casu quando apponunt duæ conditiones cõtrarię disiunctiue videtur promissor oi dilationi renunciare, & pure debere. & ideo solutũ nõ repetitur. At in casu huius versi. qñ debitũ pure ꝓmittitur sub conditione, videtur creditor illi obligationi pure renũciare scdm eos. Ista ratio videtur friuola: nã non est verũ q̃ in præcedenti responso debeatur pure, quod apparet: quia interim peti nõ potest, vt dixi. Itẽ nõ est verũ q̃ qui stipulat sub conditione videt obligationi pure renunciare, imo obligatio pura remanet in cõditionis defectũ: vt ś. si cer. pet. l. pecuniam quã. Præterea in præcedẽti rnso stipulatio habet duas partes cõditionales: & tñ nõ põt repeti solutũ: multo minus põt repeti hic, cũ vna obligatio fuerit pura. & ista opi. videt vera. & est casus hic in fi. scdm vnã lect. ideo iste ver. corrigit. Sed ad hoc opp. de l. quod in diẽ. in prin. j. de cõpẽ. hoc modo: In hoc ver. sunt duæ obligatiões. vna ex stipulatione cõditionali interposita animo nouãdi: alia ex stipulatiõe pura, quæ est suspẽsa in cõtrariã conditionẽ: vt l. pecuniã quã. si cer. pet. Modo si debitor soluat interim ex vna obligatiõe, posset repetere: qa incertũ est an ex illa debeatur: vt l. sub cõditione. ś. eo. Et si tu dicis: si nõ debebit ex illa, debebit ex alia. Certe de alia obligatione, quæ suspẽdit in diẽ, nõ põt opponi cõpẽsatio, vel ex ea fieri retẽtio: vt l. quod in diẽ. & hæc opi. nõ videt vera. Rñdeo, illud verũ qñ est alia obligatio prorsus extranea: hic vero sunt duæ obligationes se inuicẽ cõtingẽtes: vna emẽ imprimit in aliã, & eã nouat in cõditionis euẽtũ, & interim suspẽdit, & ideo iudicatur de ambabus vt de vna tantũ. Reassume † ergo sic: Qñq; aliquid debetur vna obligatione diuisa in plures cõditiones: & tunc si certũ est debitũ iri, solutũ nõ repetitur: vt ś. prox. ver. Qñq; debet idem pluribus obligationibus suspensis in diuersas cõditiones: tunc aut debet a diuersis: & solutũ põt repeti, vt hic, in ver. idẽq;. Aut ab vno: & tũc aut illæ obligationes, s. duæ fuerũt simul & semel cõtractæ: & habentur pro vna: & solutũ nõ põt repeti, vt dixi ś. proxi. versic. reprobãdo opi. Io. & Azo. Aut fuerũt contractæ diuersis tẽporibus: & tunc aut dictæ duæ obligationes sic se habent, q̃ vna in aliã imprimit, & circa illã disponit: & solutũ non poterit repeti, vt hic, cõiuncto fine huius legis. Aut sunt prorsus separatę: & tunc si soluitur ex vna propter aliã nõ impedit repetitio: arg. d. l. quod in diem. inducendo, vt ś. dixi. Oppo. & videtur
38 † q̃ indistincte solutum pendente dubietate posit repeti: vt l. sufficit. ś. eo. Solu. ibi loquitur qñ aliquo casu põt existere q̃ non sit debitũ: hic vero quando in omnẽ casum est certũ debitum iri. Contra prædictã sol. oppon. dubietate pendente non debemus præsumere exceptionẽ: non enim dubietas habet vim perpetuæ exclusionis: vt l. sub conditione. j. de assi. liber. & l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. j. de in diem addic. Sol. Quandoq; præsens status rei tendit ad exclusionem: sed est dubium an illa sit perpetua exclusio: tunc habet vim exclusionis: vt d. l. sufficit. Qñq; præsens status rei non tẽdit ad exclusionẽ, sed est dubium an in futurũ inducatur exclusio: tunc non habet vim exclusionis perpetuæ, vt in contrariis. ita dicit
a do. Oldra. Et hæc faciunt ad q. [a] quam tetigi † vobis hoc an-
39 no. Facta est hæc reformatio, quod omnes represaliæ reuideantur per duos bonos viros, & quæ fuerint approbatæ, valeant, quæ fuerint reprobatæ, non valeant. Quæritur vtrum isto medio tempore antequã reuideantur per duos bonos viros posit fieri executio represaliarũ. Certe si bene respicis verba reformationis, habet vim exclusiuam de præsenti: sed du-
b bium est, ne in futurum inducatur exclusio: [b] & ideo interim non habent vim exclusionis perpetuæ, & sic videtur q̃ executio posit fieri, prestita tamen satisdatione secundum formam authenticæ, quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offer.

c **Vtores.** [c] Quod bona fide factũ est, habetur ratum, etiam pupillo postea per in integrum restitutionem abstẽso. secus si dolo factum est. Item repetitio competit ei ad quem postea negotium incipit pertinere. h. d. Oppo. & videtur q̃ quicquid est solutum creditoribus, repetatur ab eis, vt sic veniat in contributionem cũ alijs creditoribus, quibus non est solutũ: vt l. si nõ expedierit. §. j. j. de bo. aut. iud. pos. Sol. hoc quando solutũ fuit bona fide: secus si dolo, vt in cõtrario. & hoc innuit hæc litera. Oppo. de l. qui autẽ. §. sciendũ. de his quæ in frau. cre. Sol. ibi fuit solutum iam postq̃ bona fuerunt possessa: hic ante. Et glo. hic ponit vnã distinctionem quã tex. ponit clarius in l. pupillus. j. de his quæ in frau. cre. & ibi plenissime per Iac. de Are. & ibi dixi. Oppo. & videtur q̃ non competat condictio indebiti, sed condictio ex lege: vt d. l. si non expedierit. §. j. Solu. vt ibi plene no. per glo.

Rideicommissum. Indebitũ scienter promissum non repetitur. h. d. Ex testamento non solenni vtrum dicatur indebitum omni iure vel ciuiliter tantum, tetigi in l. interdum. ś. eo. plene in l. j. hoc eo. titu.

Neratius. Si species debita perfecte nõ soluitur, talis solutio non parit liberationem nec inducit repetitionem. h. d. Oppo. ś. eo. l. si fideiussori. & l. cũ is. §. j. Sol. ista duo negatiue possunt esse vera. Ista solu. non parit liberationem, nec repetitionem, vt hic. Affirmatiue non potest esse verum vtrũq̃ quod pariat liberationem, & repetitionẽ vt in ll. contrarijs. nec a ciuili tantũ, nec a naturali tãtũ, vt d. l. si fideiussor. Contra hoc opp. extra de iureiu. c. debitores. vbi soluendo vsuras quis à iuramento liberatur, & ta-
d men repetit. Solut. aliud de iure Cano. vt ibi: [d] aliud de iure ciuili, vt hic. Vel aliter dico quod per iuramentum quis non est obligatus parti ad soluẽdas vsuras, sed obligatur deo: & ideo soluendo vsuras creditori liberatur respectu Dei. Creditor tamen recipit indebitum, ideo ab eo repetitur. ita loquitur ibi.

Venio ad secundam gloss. & oppo. de l. cum quis. §. qui hominem. de sol. ibi homo erat debitus in genere: hic in specie.

Contra hoc oppo. de l. statuliberum. j. de statuliber. Sol. ibi fuit factus statuliber sine facto debitoris: hic facto eius. Vel ibi debitor nõ fuit in mora, hic sic. Quelibet est bona solut. & ideo distingue vt in glo. coniungendo simul prædictas duas solu. vide glo. & signa ibi dum dicit distingue, &c. Vltimo quod hic dicitur de statulibero soluto, intellige generaliter de qualibet specie debita non perfecte soluta, ita q̃ prima actio durat: vt l. etiam. j. de sol. & l. Iul. §. j. de verb. ob. & l. iij. §. si redita. j. commo.

1 ☞ *Naturalis obligatio quòd sit de iure gentium.*
2 *Ius gentium duplex: & qualiter intelligatur quòd seruus quo ad ius ciuile pro nihilo reputatur.*
3 *Seruus quòd in acquisitionibus ciuilibus non acquirit à domino, sed in acquisitionibus naturalibus de iure gentium primæuo sic.*

Si id quod. Ista est notabilis lex & subtilis. & h. d. Dominus obligat seruo naturali: quæ obligatio sequitur ipsum etiã manumissum. h. d. Oppo. q̃ solũ de iure ciuili seruus pro nihilo reputetur: vt l. quod attinet. j. de regu. iur. Sol. ibi appellat ius ciuile oẽm iuris partem præter naturalem: & sic cõprehẽdit ius gentium: quo iure seruus pro nihilo non reputatur, vt hic. Contra hoc
1 opponitur obligatio naturalis † est de iure gentiũ: vt l. cũ amplius de regu. iu. & no. ś. eod. l. si nõ sortẽ. §. libertus. in princi. & l. stichum. §. naturalis. infra, de sol. ergo seruus de iure gentium non obligatur: & sic non obligatur naturaliter. Præterea ius naturale est cõmune omnibus animalibus: vt leg. j. in fine supra de iustitia & iu. sed animalia non obligantur: vt leg. j. §. j. supra si quadru. pau. fe. dica. ergo de iure naturali non est obligatio. Gloss. voluit tangere in leg. ex hoc iure. ś. de iusti. et iur. tamẽ nõ bene explicat, nec doc. Ego semper dixi sic, quod de iure naturali prout est cõe omnibus, vt dixi, animalibus, nõ dicitur esse naturalis obligatio, de qua loquimur, p rõnes prædictas, sed de iure gentium, vt in l. ś. allegata. Debetis
2 † tamẽ scire q̃ ius gentium est duplex. [a] Quoddam est ius gen-
a tium, quod fuit eo ipso q̃ gentes esse cœperunt, naturali ratione inductum absque aliqua cõstitutione iuris gentiũ, vt fidem
b seu promissa seruaret libertus, & si. Et isto iure gentiũ [b] primæuo status serui nõ est annihilatus, imo omnes erãt liberi: merito ista obligatio naturalis cadit in eũ actiue & passiue. Quod dã est ius gentiũ, quo omnes gentes vtuntur ex cõstitutione earũ, non secũdũ rõnẽ naturalem, imo quandoque contra, vt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dominiorũ: vt l. ex hoc iure. supra de iustit. & iure. & l. postliminium. infra de capti. & postli. reuer. et isto iure status seruorũ est annihilatus: et nõ est aliquid. Et iõ ea quæ sunt iuris gentiũ ex hac parte non cadũt in seruũ. Vnde seruus nõ potest habere dominiũ alicu ius rei, licet sit de iure gentiũ, nec possessionẽ: vt l. acquiritur. de acqui. re. do. et l. j. §. per seruũ. infra de acqrẽ. pos. & ita debetis intelligere hic. Op. quicquid seruus acqrit, statim acquirit domino: vt l. placet. j. de acqui. hære. Sol. ibi loquitur in acquisitione ciuili: hic in acquisitione naturali. Dy. ibi videt reprehẽdere hãc sol. dicens q̃ ẽt obligatio naturalis acquiritur p seruũ domino, vt l. frater a fratre. ś. e. & ego ẽt in d. l. frater a fratre. Circa aliud nõ tenui istã differentiã ciuilis et naturalis acqsitiõis, vt ibi vidistis: tamẽ quantũ ad propositũ possumus su-
3 stinere gl. vt dicamus q̃ hæc lex loquitur † qñ seruus acqrit aliquid domino: quo casu in acquisitionibus ciuilibus nil põt a domino acquirere, per regulam iuris positã in l. si seruo. §. et regulariter. alias est §. Iulia. ś. de vsufr. et l. liber hõ. circa princ. j. de ver. obl. sed in acqsitiõibus naturalibus, hoc est de iure gẽtiũ primæuo, vt dictũ est, potest seruus acquirere a dño, & filius a patre. vt hic. et d. l. frater a fratre. C. e. Vltimo ex hac l. habes specialẽ rõnẽ, quare dominus nõ obligat seruo ciuiliter: vel seruus dño, s. qa status serui de iure ciuili nõ est aliquid. In filio vidistis alias rõnes, vt in d. l. frater a fratre. plene dixi.

1 ☞ *Transactio facta per dolum quando ualeat, & solutum repetatur.*
2 *Dolus dans causam contractui quando annullet contractum.*
3 *Error in causa obligatoria non inducit repetitionem.*
4 *Qualiter conueniatur qui simpliciter domum alienam habitauit, uel indebitè habuit ab alio locationem.*
5 *Procurator in rem suam q̃ sit etiam ex parte rei.*
6 *Procuratori in rem suam datur condictio indebiti.*
7 *Vltimò soluenti datur repetitio.*

c **IN summa.** [c] Quia ponitur quædã distinctio ad titulum: ideo summationem cõgruam non recipit. Opponi. ad principium quod hæc distinctio sit superflua: nam omnia ista sub duobus membris comprehendebantur scilicet aut ob rem, aut ob cãm, vt supra eod. l. damus. Sol. concedo: sed hic plura expressit ad ma-
1 iorem declarationem. † Oppon. quod transactio facta per dolum, valet, licet detur replicatio doli: vt l. sub prætextu. C. de transac. Solu. dicit gloss. hic etiam, & in l. contraria, et in leg. ij. C. de transac. quod hic quando dolus erat ex parte actoris: ibi quando ex parte rei. Rogerius dicebat esse idem vtrobiq̃, per hanc leg. et hoc videtur tenere Pet. dicens quod trãsactio valet: tamen actori decepto per dolum succurritur per replicationem doli, reo vero per exceptionem doli. Ita intelligit leg. sub prætextu. C. de transac. hoc nõ est verum: quia si reo succurritur per exceptionem doli antequam solueret, soluẽs non repeteret: quia tutus est exceptione odiosa, vt leg. qui ex
d ceptionem [d]. supra eodem quod est contra hanc l. Vnde alij dicunt quod hic est speciale in odium inferentis litem calumniose, vt transactio non valeat. Et hoc dicebat Iac. But. hic postea in leg. contradicebat sic: Quandoque dolus committitur in calumniose litigando, et tunc valet transactio. Ita loquitur hic. Quandoque dolus committitur in inducendo aliquem ad transigendum: & tũc transactio valet: a
sed succurritur læso per exceptionem doli vel replicationẽ: vt d. l. sub ꝑtextu. Nec
e distinguit actor à reo: [e] quia lex illã distinctionem non facit. & hoc satis placet. Hoc enim videtur velle hæc litera. Nam cũ recedere à lite sit illud, propter quod datur vel remittitur tam ex parte actoris, quã ex parte rei: ille, qui calumniose litigabat, debebat gratis recedere: ergo quod accipit,
f turpiter [f] accepit: vt l. penul. ś. de condi. ob turp. causam. & ideo puto q̃ non solũ condictione ob turpem causam repeteretur. Sed quando dolus committitur in inducendo quem ad transigendum, procedit d. l. sub prætextu. Contra hoc opponi. quando dolus
2 † dedit causam contractui stricti iuris, valet cõtractus: vt l. dolo. C. de inuti. stip. Sed trãsactio est stricti iuris: ergo &c. Solu. secũdum p̃dicta hic dolus nõ dedit causam transactioni immediate: quia nõ fuit quis inductus dolo ad transigendum sed dedit causam liti. Vnde de alio dolo loquit hic quam ibi, in quo est alia ratio quã ibi. Fa-
g teor [g] tamen quod si quidem transactio p dolum est interposita super actione bonæ fidei, transactio esset nulla. Nam sicut con
h tractus bonæ fidei est nullus [h], quando dolus dedit ei causam: ita etiã distractus seu cõtractus resolutus adhibitus super eo cõ
tractu dolo dãte causam est nullus: vt l. de d
i tutela [i]. & ibi nota. C. de in integ. resti. mi. Sic potest intelligi quod no. in d. l. sub prętextu. C. de transact. in eo quod dicit trãsactionem nullã, & actione de dolo agi ad repetendum quod est datum, sicut in con-
k tractibus bonæ fidei dicit in l. eleganter. [k] in prin. ś. de dolo. Oppo. C. de plus peti. l. j. Solu. ibi fuit transactum super dolo: non tamen per dolum secundum veram solutionem.

Id quoque. Prosequitur secũdũ membrum summæ e
3 &c. † Nota ex hoc §. quod error in causa non obligatoria nõ inducit repetitionẽ. vt dixi in l. damus. ś. eo. Et intelligitur nõ obligatoria de iure ciuili vel naturali: licet sit obligatoria illius generalitatis: quia be-
f nefacientibus ad remunerãdum tenemur, vt patet ex hoc tex. Quærit glos. quid si alias donaturus nõ erat. Dic vt dixi in d. l. damus. ś. eodem.

Sed & agere. Vtrum datũ pro g
conditione implẽda repetatur condictione indebiti, vel ob causam, dic vt dixi ś. eo. l. is cui. & tangitur per glo. j. in l. fi.

Quod ob rem. Hic dicitur de h
tertio. Istud est examinatũ ś. in ti. de condi. ob causam.

Ei qui. Hic incipit tractare proprie i
de condict. indebiti. Quęrit gl. quo iure veniunt fructus & partus. Respondet, iure actionis. Vidistis in l. in debiti. in prin. ś. eo.

In frumento. [l] Iste est notabilis l
§. Primo oppo. in obligatione dandi re peremptæ agitur ad ipsam rem, nõ ad æstimationẽ: vt l. si seruũ. 1
§. fi. de verb. oblig. & l. pe. ś. ti. ij. hic autem dicit agi ad pretium: quare male. Quidam

a ¶ Duplex est iusgentiũ. Sed qũo potest dici q̃ de primæuo iure gẽtiũ fuerit introducta obligatio naturalis, cũ illo iure dñia distincta nõ essent: sed ex secũdo iure: vt l. ex hoc iure, &c. vide Bart. in l. frater à fratre. in xxx. col. ś. hoc eo. titu. de cõdict. indeb.
POMATES.
b ¶ Iure gentiũ. vide Are. in l. j. i ij. glo. ff. de acq. pos. vbi subtiliter tenet, q̃ simplex. ẽ iusgentiũ no. possessionẽ ẽt de iure gẽtiũ. qd' magni facit Lãcel. in l. j. ff. de acqui. poss.
c ¶ In summa. Per istã l. in prin. Bar. elegãter dixit n extraua. ad reprimẽdũ. i ver bo, summarie. qd' si cã committãt q̃ cognoscãt summarie: nihilominus nullus ordo iudiciarius substãtialis debet omittitur: licet esset secus in dilatiõe & simi. Sic emẽ Iurisc̃ũsul. nullũ casum repetitionis omittit, & rñ dicit i summa, i. summarie &c. ergo idẽ in casu nostro.
d ¶ L. q̃ exceptionẽ. Quidã cõtra, & melius, vt p Imol. i l. si qs cũ aliter. de verb. obliga.
e ¶ Trãsactio. Cõtra riũ videt tenere ipse Bar. in l. sub prętextu. & i l. siue apud acta. C. de trãsac. sed nõ mere t allegari cõtrarius: qa ipsemet dat plures sol. Vide eũdẽ cõcor. lxxxj. i cip. calũniose se defendendo.
¶ A reo. Sed Bar. in d. l. sub prætextu. in l. siue apud acta. distinguit reũ ab actore. & sic ẽ cõtrarius.
POMATES.
f ¶ Turpiter. Vid' Pa nor. cõs. xij. i vl. t. co. ij. vol. & cõs. xv. eo. vo. & cõs. cxiij. i ij. dubio. eod. volu.
POMATES.
g ¶ Fateor. Vide aliquid per Alex. in l. si quis cum aliter. in princip. ff. de verbo. obliga.
h ¶ Nullus. Vide Bar to. in l. ab emptiõe. in princip. ś. de pac. & in l. sub prætextu. de transactio. Ludouic. in l. si cum dotem. §. si mulier. j. so. matrimo
i ¶ L. de tutela. Et est de hoc casus notab. in l. si cum dotem. §. si mulier. j. solu. matrimonio.
k ¶ Eleganter. Vide gl. i l. actione. C. de transact.
l ¶ In frumento. In prin. huius §. adde Bart. ś. eo. in l. quod indebitum.

¶Et ſic. Si indebite vel ſine cauſa habitaſti domum meã, qualẽ pẽſionẽ ſoluere debes, an quanti locaturus fuiſſem, an quanti conducturus fuiſſes? vide tñ quæ dixi in l. ſerui electione. §. fi. de leg. j. et qd̃ no. Bar. in l. in hanc. de dã. infec. vidẽ l. creditor. & qd̃ ibi Bar. & Bald. C. de pign. actio. & vide Bald. oĩno in l. cõtractus. C. locati. vbi ponit q̃ vxor habitãs poſt mortẽ viri in domo locata viro, teneẽ ad pẽſionẽ cõpetentem taxandã officio iudicis, niſi iure familiaritatis habitauerit cũ hæredibus viri. Et ad Bart. hic adde Io. An. in tit. de loca. §. poſtquam. in addi. ſecundum Roffre. & Bal. in l. cum quærif. §. qui impleto. j. loca. Adde Spec. in tit. de pig. §. j. circa fi.

POMATES.

a ¶Et ſic. Vide Alex. cõſi. cxviij. in iiij. volu. & cõſi. xlij. in vlt. col. in iij. volu. & cõſi. clxxx. in j. co. in ij. vo. Ro. cõſi. clxviij. & Alex. conſi. cviij. col. iij. in vol j. & cõſi. iij. col. fi. vol. v. & Ro. conſil. ccccxxij. col. j.

b ¶Tutor. Ad huius intellectũ vide Bar. in l. dñs. in fi. ſ. eo.

POMATES.

¶Iſtud. Vide Alex. cõſ. xj. ĩ iij. col. j. vol.

POMATES.

d ¶Et idem. vide Alexan. conſi. xlij. in iij. col. in j. vol. Ang. cõſi. xcix. in iij. col.

e ¶Apponitur. imo. ĩ c. cum contingat. in xxxvij. char. de iure iuran.

POMATES.

f ¶Renunciationem. Faciunt q̃ no. Barb. conſi. xxviij. in viij. colũ. in j. volu. Et de iſto articulo vide aliquid per Albertum poſt Iaco. de But. & Gul. de Cugneo ſ. l. j. ſ. eo. ti. & Ang. hic. & Pau. de Ca. conſi. cxxxj. inci. licet iſta differẽtia. in vlti. co. Qui oẽs videntẽ tenere opinionẽ Bart. & ab opi. Bar. hic durũ eſt in practica diſcedere, vt dicit Iaſon ĩ d. l. j. vbi examinat hunc articulũ. Facit quod no. idem Bar. in l. ſi ex cautione. & ibi Pau. de Ca. in ij. col. C. de nõ nu. pec. quem ſequitur Imo. in c. ſi cautio. de fide inſtru. Facit qd̃ tradit Spec. in titu. de excep. §. ij. ver. cætera. Et contrariam tenet opi. Fulg. hic, & Imol. quẽ allegat hic do. Alexan. in cõmento. c. cum cõtingat. & col. cxxiiij. de iureiuran. & in c. penulti. in xv. colla. de emp. & ven. Contrariũ tamen tenet Are. ti. in l. ſi quis cum alter. in vlti. colũ. ff. de verbo. obliga. Et de iſto articu. vide Iaſ. in d. l. j. in prin. & in l. cum quis. C. de iu. & fact. ignorã. Facit etiã quod not. Bart. pro opi. ſua hic, in l. ſi quis cum aliter. ĩ. de verb. obli. & Alexan. in d. l. ſi quis cũ aliter. in iiij. co. & cõſi. lxxix. in v. colũ. in ij. vol. Barba. conſil. xvj. in viij. col. in ij. volu. & Alex. etiam xlij. co. ij. vol. j. & cõſil. lxxxix. alſ. lxxx. col. iij. in fin. volu. ij. Pau. de Ca. ccxl. col. j. in j. dubio in ſimili. clix. col. iij. in fin. vbi dicit ſequendo Bar. hic q̃ clauſula, ex certa ſcientia, nil operatur in his quæ apparent ignorata.

POMATES.

g ¶Sciẽs. De iſta clauſula vide Alex. in l. ſed & ſi quis. §. fi. ff. ſi quis cautio. Pau. de Ca. conſi. cxxxj. Roma. conſi. vij. in vlti. col. Alexan. conſilio cxcviij. in iiij. col. in princip. in ij. vol. & late Feli. in c. cum inter priorem. in j. col. cum duabus ſequen. de except. Et de iſta clauſula vide omnino Alex. conſi. cxiij. in ij. col. in iiij. volu. & conſi. iiij. in iiij. colum. in j. vol. & xlij. in iij. col. j. & ij. vol. col. xij. in fin. & ſeq. vol. ij.

h ¶Teneri. Quando notarij dicũt, ſciens ſe nõ teneri ad infra ſcripta, facit qd̃ not. ĩ l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig. circa fi. & ad hoc ĩ fi. adde quod not. Bart. in l. iij. §. fi. in fi. ſ. ſi quis caut. not. Bart. in l. ſi dari. de ver. obli. & vide not. Barto. in l. mater. in ij. col. C. de rei vendi. de eo qui dicit, ex certa ſcientia & ſponte confeſſus fuit: q̃ non præſumitur aliquis error, & ſtatur inſtrumento. ibidem, in vij. q. C. de reſcin. ven. & per Imo. in l. j. de verborum oblig. Adde quando dicit, ex certa ſcientia: illa habetur pro cauſa, licet cauſa nõ eſſet expreſſa, vt voluit Bal. conſilio ccccxvij. inci. Ioan. Raioſius. lib. iiij.

POMATES.

¶Circa. Vide in eũ diſponere no. inſtrumentum debere ſic intelligi, ne repugnãtiam contineat. De quo vide Alex. conſi. xxvij. col. fin. in ij. volu. & conſil. xliij. in ij. volu. & conſil. lxxxij. in iij. vol. & cõſil. cxlj. in v. volu. & conſi. clxxx. in v. vol. Are. cõſi. xc. & cõſ. vij. ĩ prin. Raph. Cu. cõſ. vij. xvij. co. in ij. dubio. Ro. cõſi. lvj. in ij. col. in verſi. nihilominus. de teſtibus. & in iij. colũ. ver. & ꝓcedit. di teſta. & Soci. cõſi. ccc. col. i. & Puteum in l. fi. C. de eden.

a ¶Verba. Et facit qd̃ not. Cy. & Bal. in l. cũ falſa. C. de iur. & fac. ign. Quid autem opereẽt gñalis renunciatio, & oĩ legũ auxilio, vidẽ Bar. ĩ aut. mſi & auiæ. C. quãdo mulier tute. offic. fungi põt. Adde qd operetur renũciatio gñalis, Bal. cõſil. iiij. lib. iij. Spe. in ti. de renun. §. j. ver. cui.

POMATES.

¶Lucius. Idem not. Ro. ſing. dxcj. & vide ad qd̃ allegat hãc l. Panor. cõſi. xxxv. in prin. in ij. volu. & Are. in l. ſi filius q̃ patri. col. iiij. ĩ. de vulg. & pup. & Soci. cõſi. iij. col. vij. & ſequẽ.

c ¶C. depoſiti. Et vide omnino ſing. per Moder. ĩ l. cũ ĩ vna. ff. de app. & Ang. & Imo. ĩ l. Paulus. la. j. j. de re iudi.

d ¶Acceſſoriũ. Si qs reſtituit ſuper principali, nõ vt reſtituturus ſup acceſſorio. qd̃ no. Secus ĩ remedio oppoſito. l. fi. C. qñ, puoc. & ibi bal. in j. q. qui dicit hunc text. ſingularẽ: & ſic nota. bñ q̃ extincto principali extinguit acceſſoriũ, ſi principale eſt extinctũ iure cõmuni: ſecus ſi iure ſpeciali vel ſingulari.

e ¶Debet. An quod debet officio iudicis poſsit deduci in cõpẽſationẽ vide Bar. in l. etiã. C. de cõpẽ. & ibi ẽt Bal. & Bal. in l. fi. ad fi. eo. tit.

f ¶Cõtractibus. Vtrũ hæc cõdictio habeat locũ in contractibus nominatis, et qualiter formare debeamus libellũ ĩ hac cõdictione, vidẽ bal. in l. edita. ĩ xviij. co. de eden. Et cui incũbat onus probandi cauſam non ſubeſſe, vide no. gl. & Bal. in l. ij. C. de do. añ nup.

g ¶Non reperit. An ſolutũ p ſnĩam poſſit aliquo caſu repeti cõdictione ſine cauſa, adde Bart. in l. j. §. denicq. j. quod vi aut clam. in fi. & qd̃ not. dixit Barto. in l. ſenatus. in j. q. j. de accuſ. & oĩno Bar. & quæ ibi dixi in l. Iulianus verum debitorem. ſ. tit. j. in fi. vj. col. Ad.

concedunt contrariũ, & dicunt q̃ hic agitur ad frumentum, & conſequitur pretiũ. Et ita dicunt Vltramon. in l. vinum. ſi cerpet. ſ. quod eſt deſtruere iſtum tex. & ideo dico q̃ pretium repetitur. Ad contrarium reſpondeo q̃ in condictione indebiti nõ eſt ipſa res ſoluta in obligatione: ſed id, in quo quis eſt locupletior: vt j. l. proxi. & ſ. eo. l. ſi non ſortem. §. libertus. Sed hic re conſumpta quis eſt locupletior in pretio: ergo pretium repetitur q̃ eſt in obligatione, hoc ſentit gloſ. in l. in hac. in fin. j. de triti. Oppo. quando ſoluitur quantitas, repetitur tantundem, non æſtimatio: vt l. quod indebitum. ſ. eo. ſed frumentum eſt quantitas: cõſiſtit enim in pondere, numero, vel mẽſura: vt l. ij. §. mutui datio. ſ. ſi cerpet. ergo debet tantundem repeti. Solu. dicit glo. hic frumentum ſoluebatur vt debitum in ſpecie: ſecus ſi vt debitum in genere, vt in contrario. Dubito de hac ſolutione. Poſſumus forte dicere q̃ in quantitatibus, quarum æſtimatio variatur, vt in frumento, vino, oleo, & ſi. procedit hic. §. nereus cõueniatur vltra quam ſit effectus locupletior, contra naturam condictionis indebiti. Contraria loquũtur in pecunia, cuius æſtimatio non variatur, ſed per ipſam aliæ res æſtimantur: vt l. ſi ita. j. de fideiuſ.

Et ſic. [a]Tene menti hunc §. & nota ipſum ad hoc: Habitaſti ĩ domo mea: certe ſi quidem eam habui locatã ab alio, † quid iuris ſit; habuiſti in l. ſi vrbana. ſ. eo. Si habuiſti à me, ſi quidẽ indebite: repetitur quanti cõducturus fuiſſes, vt hic. Sed ſi non habuiſti à me, ſed ſi ſimpliciter habitaſti: putarem agendum condictione ſine cauſa ad id, quanti conducturus fuiſſes: argu. huius §. & j. tit. j. in l. j.

Si ſeruum. Oppon. q̃ non potuit manumittere, qui non fuit dominus: vt j. de condic. fur. l. quoniã. Solue vt in glo. Oppo. de l. ſi is cui. ſ. de dona. cauſa mortis. Sol. aliud in donatione cauſa mortis, vt in glo. Tertio oppo. Inſtitu. de leg. §. ſi res legata. Sol. aliud in hærede, qui habet cõmodum a defuncto. Ita dicit glo. hic. Contrarium plene examinaui in l. ſi ſeruum. §. de illo. j. de verb. oblig.

Tichus. Datum pro libertate ab eo, qui poſtea repetitur ingenuus, repetitur. h. d.

Quæro qua actione repetatur. Dicunt quidam condictione indebiti, vt ſic faciat ad titulum. Alij dicunt, cõdictione ob cauſam: quia fuit datum ob cauſam de futuro, non ob cauſam de præteritto. Et in hoc reſidet gl. Mihi plus placet prima opi. quia lex in dubio debet intelligi ſecundum naturam tituli in quo poſita eſt, & ad illam actionẽ debet referri: vt l. imperator. j. de in diem addic. & ita hic intelligatur de cõdi. inde. Pro hoc facit ſ. eo. l. is cui. & ibi de hoc plene dixi.

Tutor. Si res mea ad te ſine cã peruenit, & deſinit mihi aduerſus alium eſſe conſultum: à te repetam. h. d.

Quæro, qua actione aget iſte tutor[b]. Potes intelligere q̃ agat cõdictione ſine cauſa ex æquitate. l. ſi & me et Titium. ſ. ſi cerpet. Omnia enim hic concurrunt: quia ad illum creditorem peruenit indebitum ex cauſa lucratiua: nec eſt tutori conſultum aduerſus alium, nec imputat in ratione tutelæ. Poſſumus etiam dicere q̃ agatur vtili condictione indebiti: cum pupillus ratũ non habeat, cuius nomine geſtum eſt: vt l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. & no. ſ. eo. l. ſi procurator. Ita videtur ſentire glo.

Titius. Duobus idem debitum ſoluentibus, vltimo ſoluenti repetitio conceditur. hoc dicit. Nota † ex parte rei eſſe procuratorem in rem ſuã. Facit ſ. famil. ercif. l. plane. de, pcur. l. ſi actor. & idem ibi nota. Nota † procuratori in rem ſuam indiſtincte dari condictionẽ indebiti. † Nota vltimo ſoluenti dari repetitionẽ. De hoc vidiſtis etiam in l. cũ duo. ſ. eodem.

1 ☞ *Condictio indebiti q̃ non tollatur per promiſſionẽ de non mouendo controuerſiam.*
2 *Clauſula, & renunciauit condictioni indebiti, & ſine cã, actioni in factum, & omni alij auxilio, apposita in contractu quid operetur.*
3 *Clauſula, ſciens ſe ad infra ſcripta nõ teneri, quid operetur.*
4 *Verba contractus debent intelligi vt non contineant repugnantiam.*
5 *Cautela vt apponatur clauſula ad hoc vt tollatur cõdictio indebiti.*
6 *Clauſula, nihil promiſerunt facere contra diuiſionem, quod non impediat petitionem fideicommiſſi.*

1 Idem quæſiuit, Iſte eſt ſolennis §. Per † promiſsionem de non mouendo cõtroueſiã, non tollitur condictio indebiti. h. d. Gloſſ. non dicunt hic aliquid. Sed quæ eſt ratio huius §. Poſſumus dicere q̃ in generali remiſsione non veniunt ea, quę q̃s ſibi ignorabat competere: vt l. mater. ſ. de inoffi. teſta. & ſ. de pact. l. tres fratres. Sed hic quis ignorabat ſibi competere condictionem indebiti: ergo &c. Iſtud[c] non videtur verũ: quia poteſt eſſe animus remittendi etiã incognita: vt l. ſub prætextu ſpecierũ. & ibi no. per doc. C. de trãſac. ſicut pater poteſt habere animum prætereũdi filios, ſi quos haberet etiam ſi ignoret ſe eos habere: vt l. qui iure militari. j. de teſta. mili. Vnde credo q̃ ꝓprior ratio ſit: quia ea ratione, qua promittit indebitum, eadem ratione apponit iſtam clauſulam: & idem[d] error eſt in vtroq̃: merito datur cõdictio indebiti. Facit l. doli mali exceptio. in verb. diuerſum. de noua. Et per hoc puto q̃ illud, quod apponitur[e] hodie in contractibus, videlicet, & renunciauit † condictioni indebiti, & ſine cauſa, actioni in factum, & omni alij auxilio legum, &c. q̃ per hanc renũciationem[f] condictio indebiti non tollit. Cauſus eſt hic. Nam idem error, qui eſt in principali promiſsione, eſt in hac renunciatione: & ſicut indebite promiſit, ita indebite renunciauit & conuenit. Vnde vt prædicta eſſent, † notarij in principio cõtractus dicunt ſic: Titius ſciens[g] ſe ad infra ſcripta non teneri[h], promiſit, &c. vt per hoc tollatur condictio indebiti, quæ non datur pro mittenti vel ſoluenti ſcienter: vt ſ. eo. l. j. & l. fideicommiſſum. & j. de reg. iur. l. cuius p errorem. Circa[i] prædictam clauſulam quæro, quid ſi j. ex ſerie inſtrumenti apparet q̃ promiſit ob aliquam cauſam præcedentem obligatoriam, ſi vera eſſet, vt puta dixit ſic, Titius ſciens ſe ad infra ſcripta nõ teneri promiſit decem Mæuio, quæ ipſe Mæuius mutuauerat pri dicti Titij, cuius eſt hæres ſi poſtea apparet indebitũ, quæro an poſsit repeti. R ñ. Debes ſcire † q̃ verba,[a] quæ apponuntur in cõtractibus, debẽt intelligi vt repugnantiam non contineãt: ſed debent adiuuari vt non contineãt repugnãtiã ſi poſſunt, vt in prima cõſtitutiõe Codic. §. q bus. Vnde cũ dicit, ſciens ſe ad infra ſcripta non teneri: debet intelligi niſi ex cã infra ſcripta, alias cõtinerent repugnantiã: vt l. vbi repugnãtia. de reg. iur. Pro hoc. j. quod vi aut clã. l. j. §. j. vbi dicitur, nulla exceptio poſsit opponi. & tamen ibi ſubauditur niſi infra ſcriptæ poſitæ in illo titulo. Et iõ † ſi quis vellet euitare iſta, deberet dicere. Et ſi aliquo caſu appareat prædicta promiſſa indebite, ex nunc donauit & dedit quicquid per cõdictionẽ indebiti vel ſine cã vel per errorem poſſet repetere, vel ex aliquo cõtractu, vt l. ſi quis rõnes. de lib. lega. In caſibus aũt prædictis: in quibus dixi dictas clauſulas nõ operari, eſſet certum & indubitabile qñ ille, cui promittitur, eſſet ĩ dolo, vt d. l. tres fratres. ſupra de pac. Vel ſi error procederet ex teſtamẽto incognito: vt l. fi. C. de reb. credi. & ſ. de trãſact. l. de his. Vltimo ſcias q̃ hæc eſt vna de legibus, quas allego pro opi. quã teneo cõtra Dy. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obli. vt illa verba, promiſerunt † nihil facere contra diuiſionẽ, non impediant fideicommiſsi petitionem ex teſtamento paterno. De liberatione aũt generali dixi in l. ſi ex pluribus. de ſol. & in l. ſi de certa. C. de tranſac. dic vt ibi.

1 ☞ *Reſtitutio conceſſa ſuper principali, q̃ ad acceſſorium non extenditur. & nu. 3.*
2 *Quæ poſſunt examinari finita cauſa principali.*
4 *Quod debetur iudicis officio, an poſsit in compenſationem deduci.*

b Lucius Titius. [b]Reſtitutio † conceſſa ſuper principali, ad acceſſoriũ non extẽditur. Ita qd̃ per in integrum reſtitutionem quis poſſet conſequi, nõ poſſet in cõpenſationem deduci. h. d. iſte notabilis §. Oppo. q̃ ſi minor fuit læſus in ſorte, eadem rõne in vſuris: vt l. eos. in prin. C. de vſu. et de legi. l. nõ dubiũ. Sol. dicit gl. fateor q̃ etiã in vſuris põt peti reſtitutio, ſed hic nõ fuit petita: poſſet etiam de nouo peti, vt gl. dicit. Contra hoc oppo. de l. iiij. C. depoſiti. c [c]gl. ſoluit notabiliter, & tene menti, quædam veniũt expedienda † officio iudicis mercenario, et illa nõ poſſunt examinari finita cauſa prĩcipali: vt d. l. iiij. C. depoſiti. et l. terminato. C. de fru. et lit. expen. Quædã veniunt terminãda per officiũ iudicis nobile: & tũc licet ſit finita cauſa ſuper prĩcipali, adhuc durat officiũ iudicis nobile ſuper acceſſorio, et illa bene poterit expediri finita cã principali. hic eſt caſus. hic vide gl. et not. eam ibi: poſſet tamẽ dici. ĩ Ad hoc facit quod dicã infra de reiud. l. quod iuſsit. Nam ibi dico: pone q̃ iudex ex officio nobili aliquid iubet. verbi gratia, dat tutorẽ, cui permittit alienationem, et vult reuocare: poteſt, &c. dic vt dixi de hac q. Oppo. j. de compen. l. quod in diẽ. §. ſi rationem. Sol. hic poſſet peti ſi eſſet indebitũ: ſed nõ apparet indebitum, antequã detur reſtitutio: ergo &c. Opp. † ſublato principali, tollitur acceſſoriũ[d]: d vt l. eos. C. de vſu. ergo hic reſtitutio cõceſſa ſuper principali videtur conceſſa etiam ſuper acceſſorio. Solu. quando ab initio obligatio principalis eſſet nulla etiam eſſet nulla obligatio vſurarũ: ſed quando ab initio fuit valida principalis et acceſſoria, reſtitutio in integrũ non eſſet tantæ potentiæ q̃ tollat acceſſoriã: vt l. j. & ij. C. de fideiuſ. mino. et hic. Ad finẽ opp. omne quod debetur[e] naturaliter, poteſt cõpenſari: vt l. etiã. infra de cõpen. ſed hic debetur: quia poteſt fieri reſtitutio in vſuris, ergo &c. Sol. gloſſ. dicit: nõ debetur ante reſtitutionem petitã & iõ non poteſt compenſari. Sed quid dices de alio quod deberetur iudicis † officio, an poſſet in cõpẽſationẽ deduci? R ñ. officium iudicis, per quod conceditur reſtitutio habet tollere quoddam obſtaculum quod obſtat de iure communi: alias non daretur reſtitutio, vt l. in cauſæ. ſupra de mino. ideo de eo non poteſt opponi compenſatio, donec iſtud obſtaculum omnino tollatur. Sed ſi alias directo deberetur, per iudicis officium poſſet in compenſationem deduci: vt infra de compenſa. leg. ſi ambo. §. penul. leg. fi. & leg. pecuniam. et infra de fur. l. ſi ſeruus. §. j.

De condictione ſine cauſa. *Rubrica.*

1 ☞ *Condictio ſine cauſa licet ſit generalis, tamen eſt ſpecies ab alijs ſeparata.*

2 *Condictio ſine cauſa q̃ concurrat cum condictione certi & incerti.*
3 *Hæc condictio quando habeat locum in contractibus innominatis.*

LEX I.

St & hæc. Hæc eſt ſpecialis condictio, & concurrit cum cõdictione indebiti, ob cauſam, & ob turpem cauſam. h. d. In tex. ibi: eſt & hic ſpecies condictionis. dic, id eſt ſpecies ſeu cõdictio per ſe diſtincta ab alijs condictionibus. Et ſi quæratur, in quibus caſibus habet locum? Reſpondetur: ſi quidem ſine cauſa, & c. vt in tex. Opp. q̃ hæc † condictio non ſit ſpecialis, imo generalis: quia cõcurrit cũ alijs, vt hic patet in tex. Solu. quod hic dicit, eſt ſpecies cõdictionis, expone vt dixi, quod eſt ſpecies diſtincta ab alijs, licet hęc generalius competat quam competant illæ.

2 Quæro, vtrum † hæc condictio cõcurrat cum condictione certi. Reſpondeo ſic, quando per hanc condictionem petitur certum: vt l. certi condictio. in prin. ſ. ſi cer. peta. Quæro vtrum † hæc condictio habeat locum in contractibus[f] innominatis. Et videtur q̃ ſic, vt hac l. Breuiter quando iſta condictio concordat cum condictione ob cauſam, non habet locum, ſed alias poteſt habere locum in contractibus nominatis, vt dicam j. l. proxi. Venio ad verſi. qui autem. & opp. de l. ſi non ſortẽ. §. libertus. ſ. titu. j. Solu. vt in gl. Venio ad verſic. ſiue autem. & oppo. de l. cum filium. §. hæres. de lega. ij. Glo. non ſoluit. tu dic q̃ hic deuenit ad talem finem, qui ſe nõ compatitur cũ principio. Vnde paria ſunt, ab initio non fuiſſe, vel ex poſt facto ad talem finem deueniſſe. in contrario deuenit ad talem finem, qui ſe compatitur cũ principio. Opp. ſ. tit. j. l. fi. Sol. ibi nõ deuenit ad cauſam, anteq̃ reſtitutio petatur.

1 ☞ *Condictio ſine cauſa quando detur contra ea quæ veniunt in ſententia.*
2 *Per condictionem ſine cauſa condicitur æſtimatio ſoluta.*
3 *An ſoluenti æſtimationem rei debeat cedi ſeu reddi actio. remiſsiuę.*

LEX II.



SI fullo. Si res, pro qua ſolui æſtimationẽ ei à quo cauſam habeo, ad eum redeat: poteſt agi actione ex eo cõtractu, vel condictione ſine cauſa ad rem ſolutã. h. d. & eſt multum not. Oppo. ſolutum per ſententiam non repetitur:[g] vt d. l. prima. C. de cõdictio. indebi. & l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. j. manda. Solu. dicit gloſſ. hic fuit conuentus extra iudicium: vel dic quod cõtraria loquuntur in condictione indebiti: hic in condictione ſine cauſa: quod not. quia condictio indebiti non datur contra ſententiam, ſed condictio ſine cauſa ſic. Ita intelligunt glo. noſtræ hic, & in legibus contrariis. & in l. ſi ſine. §. j. j. rem ra. habe. Docto. † moderni dicunt aliter, & melius, q̃ nulla condictio datur contra ea quæ venerunt in ſententia: vnde ſi per condictionem dicitur male iudicatum, condictio ceſſat: vt l. j. C. de condi. inde. & d. l. ſi ſine. §. ſi procurator per iudicem. ſed quando per condictionem, non dicitur iniuſta ſententia,

de Bal.conſil.lxxvj. lib.iij.

a ¶ Aeſtimationem. Sed Bar.in l. in commodato. §. fi. tenuit etiam cõpetere, vtilẽ actionem in rem.de quo vide per Bar.in l.j.j.pro emptore.

→ POMATES.

b ¶ Cõdicit. Vid Alexan.conſi.cij.col. iij. volu.j.

c ¶ Repeti. Et de hac materia per Bald.in rub.ſolu.mat.& ibi, quid in dote,& qd i arris,& quid in donatione, & tam pro matrimonio contracto de futuro, q̃ pro contrahendo.

d ¶ Saluari. Sed tu cogita.quia iſtam opi. Placẽtini nõ video poſſe ſaluari. Primo quia ſi mulier ſoluit ſciens ius & factum ſoluit ex cauſa de iure impoſsibili, quæ cauſa licet nõ ſequatur, impediẽt tamen repetitio. l.dictã.C. de condi.ob cau. & quod no.in l.ſi militẽ.eo.ti.Secundo cõtra hoc facit multũ l. cuius per errorẽ.de regu.iur.& per iſta eſſet rñſum ad motiuum Bar.ideo cogita:& de iſta materia legitur & no.in c.& ſi neceſſe.de do.inter vi.per Bal.in rub.j. ſol.mat.&c.

ſed dicitur q̃ cauſa ſentẽtiæ deuenit ad nõ cauſam:tunc datur condictio ſine cauſa.& hic eſt caſus.Nam fullo confitetur ſe condẽnatum,& bene condẽnatum:tamen de nouo res peruenit ad dominũ: & ſic dicit cauſam deueniſſe ad nõ cauſam. Sed ſi veniret contra ſententiam,nõ audiretur per condictionem ſine cauſa:ſicut nec per cõdictionem indebiti.Ita no.doc.in l.j.C.de condi.indebi.& bene. Opp. condictio non debet habere locũ,vbi competit actio ex eo contractu:vt ſ.tit.j.l.qui inuicẽ.Sol. ibi in cõdictione indebiti:hic in condictione ſine cauſa. Vel verius dico q̃ iſtæ actiones competunt ad diuerſa. Nam † per condictionem ſine cauſa condicitur æſtimatio ſoluta, vt hic : per actionem ex eo cõtractu agitur alternatiue vt reddat rem vel æſtimationem:vt l.in commodato.§.fi.j.commo.& ibi videbitis. Oppo.q̃ non habeat locum actio perſonalis,ſed Publiciana vel vtilis in rem.ſ.de rei vẽdi.l.ſi culpa.

a Sol.dicit glo.ibi ſoluit æſtimationem[a] ille, qui à non domino cauſam habebat:hic ſoluit æſtimationem ille, qui à domino cauſam habebat. Et intelligit Dy.hoc eſſe verum ſi poſt ſolutam eſtimationem res peruenit ad fullonem antequam reuerteretur ad dominum. Ita not.ipſe extra de regu. iur.& c.pro poſſeſſore.in v. q.lib.vj.quod quantum ad legem noſtram eſt diuinare. Dicam de hoc in d.l.ſi culpa. Tu tamen tene ſolu.glo.hic poſitam. Et eius ratio eſt: quia ille,qui habuit cauſam à me, vt cõmodatarius,fullo,& ſimiles,conueniuntur ratione culpæ:& ideo ſoluendo æſtimationem,videtur ſoluere æſtimationem culpæ,& non rei : ideo eis nõ datur in rem vtilis,ſed perſonalis,vt hic dicitur. Sed ille qui cauſam non habet à me,conuenitur ratione rei tanq̃ poſſeſſor: & ideo ſoluendo videtur ſoluere æſtimationem rei vt rei , non vt culpæ, Ita intellexit Hugo antiquus gloſſator,licet gl.nõ referat,vt dicebat Iaco.But.

3 Quæro vtrum debeat † actio cedi ſeu reddi ei qui ſoluit æſtimationem rei. Glo.tangit hic,& Dy. in d.c.poſſeſſore.& in l.is qui dolo.ſ. de rei vendi.ego autem dixi in l.in depoſiti.j.de re iudi. Dic vt ibi.

1 ☞ *Idem iuris quod eſt de toto ad totum,eſt de parte ad partem.& nu.3.*
2 *Obligatio ſine cauſa quando ſit ipſo iure nulla.*
4 *Condictio incerti an ſit proprium nomen actionis.*

LEX III.

b Vi ſine. Qui ſine cauſa in totum vel in partẽ obligatur,liberationem condicit[b].h.d. Nota

1 q̃ iuris eſt † de toto quo ad totum,idẽ eſt de parte quo ad partem,vt hic,& ſ. de rei vendi.l.quæ de tota. Opp.quod

2 non ſit neceſſaria condictio , cum obligatio ſine † cauſa ſit ipſo iure nulla:vt l.cum de indebito.in fi.infra de probatio.Solu.intellige quod hic fuit cauſa expreſſa,quæ in veritate erat nulla: quando autem cauſa non exprimitur,dicitur in l.hactenus.in

3 fra,de conſtitu.pecu. Oppo.& videtur quod † non ſit idem iuris de parte quo ad partem,quod eſt in toto quo ad totum:vt dicta l.quandiu.C.de diſtra.pigno.Gl.non ſoluit:tu ſolue quod in his quæ,ſunt omnino diuidua,idem iuris eſt de parte quo ad partem,quod eſt de toto quo ad totum.Ita loquitur hic.Sed in his,quæ aliquo modo ſunt indiuidua,hæc regula non procedit:vt in l. contraria. Probatur in l.in executione.§.pro parte.

4 j.de verborum obligationibus. Quæro,vtrum † condictio incerti ſit hic proprium nomen actionis.Gloſſa dicit quod non: ſed exponitur,id eſt,ſine cauſa.quod dic vt dixi in l.ſed & ſi me putem.§.j.ſ.titu.j.

Nihil refert. Paria ſunt ab initio aliquid eſſe tale, vel ex poſt facto deuenire ad tale.Hoc dicit hæc lex.

1 ☞ *Dos data occaſione matrimonij illiciti quod non contrahitur,quando poſſit repeti.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur quando reſultaret prauus intellectus.*
3 *Dos data pro matrimonio illicito de facto contracto quando poſſit repeti.*
4 *Iuris ignorantia quando excuſet quo ad pœnam adulterij.*
5 *Titulus dotis quod ſit oneroſus.*

A Vunculo. Iſta eſt fortis lex & h.d. Datũ ob cauſam impoſsibilem de iure,cauſa non ſecuta de facto condictione ſine cauſa repetitur.h.d.Primo loquitur quando matrimonium erat prohibitũ ratione conſanguinitatis.Secundo quando ratione affinitatis. Secũda ibi: nouerca. Iſta materia habet duas partes.Primo quãdo ſponſalia fuerunt facta,nec matrimonium copulatum.& de hoc tractat prima glo.Secundo quando matrimoniũ fuit de facto contractum & copulatum:& de hoc tractat ſecunda glo. Quæro ergo & reuoco in dubium caſum iſtius legis,videlicet quando dos † datur nomine matrimonij illiciti quod non contrahi-

1 c tur:an dos poſsit repeti.[c] In gloſ.ſunt opi.ſcilicet tres. Prima q̃ poſsit indiſtincte repeti,ſi dans fuerit ſciens ſiue ignorans: & hæc fuit opin. A zo.ſiue Placentini:quod probatur per legem iſtam in eo quod dicitur , vtriuſq̃ turpitudinẽ verſari. Si enim fuiſſet ignorans,nulla eſſet turpitudo. Secunda eſt opinio quorundam,quæ recitatur in fi.gloſ.quod hic intelligatur de ignorante ius,vel factum. Nam ſi ſciret ius vel factum,non poſſet repetere.argu.C.ſolu.matrimo.l.ſi ignorans.Sed hæc non eſt vera:nam hic dicit,auunculo,&c.& ſic coniunctæ perſonæ,vt l.

2 octaui.ſ.vnde cognati. Nec obſtat lex contraria : quia ibi † non debet ſumi argu.à contrario ſenſu,quia reſultaret prauus intellectus.Tertia fuit opi.gloſſatorum noſtrorum , vt diſtinguatur, aut ſciuit ius & factum:& indiſtincte non repetit. Aut ſciuit factum,& ignorauit ius:& tunc matrimonio non ſecuto repetit. Hic eſt caſus hic,& in l.j.de condi.ob cau.& in l.ſi tutor.de interdi.matr.Nam quando vterq̃ ſciuit,non eſt honeſtum quod illa poſsit repetere,cuius ſcelere matrimonium eſt pronunciatum nullum:vt ſupra,de condi.ob tur.cau.l.j.§.fina.& l.ſequẽ. Nec obſtat textus qui dicit.in delicto pari:quia illud refertur ad extrinſecos,non ad caſus poſitos in hac l.& iſtam tenent doct. communiter in l.qui contra.C.de inceſt.nupt.& in l.j.C.de condi.od turp.cau. Mihi videtur quod tam opi.Placen.quam gloſ-

d ſarum ſaluari[d] poſsit. Nam quando q̃ contrahuntur ſponſalia, & dos datur:nec tamen mulier nubit ſua ſponte,quia nõ vult: tunc repetit per condictionem ſine cauſa , etiam ſi fuerit ſciens ius & factum.hic eſt caſus hic ſecundum opi.glo.Pla.& in veritate tex.hic voluit hoc dicere dum dicit hanc rationem fortaſſis,&c.Si vero poneremus eam ignorare : tunc nullus diceret eam eſſe in delicto vel turpitudine:& ſic argumentum Iuriſcõſulti non procederet. Præterea in condictione ob turpem cauſam debet inſpici proxima cauſa,nõ remota : vt l.iij.§.ſed quod meretrici.ſ.de condictio.ob turp.cau.Sed hic ſi inſpicis cauſam proximam,ſcilicet dotis,non eſt turpis,ſed magis eſt nulla,licet matrimoniũ,quod eſt cauſa remota,ſi copularetur, eſſet turpe. Et iſta eſt ratio,quam iuriſconſultus hic aſsignat,non propter ignorantiam,ſed quia cauſa non eſt turpis.Præterea quãdo delictum non perficitur,quia quis non vult,ceſſat pœna,vt l.qui falſam.j.de falſis.Facit de inoffi.teſt.l.Papinianus.§.meminiſſe. & de bo.liber.l.qui cum maior.§.accuſaſſe.& l.in ſeruitutem §. petijſſe.eo.titu.Sed contra hoc facit:quia contrahendo ſponſalia videtur delictum perfectum:vt l.ſi quis tutor.§.quãuis.j.de ritu nup.Solu.fateor q̃ ſponſalia ſunt prohibita, & ſunt nulla, ſicut matrimonium : non tamen imponitur illa pœna,ſi quis à ſponſalibus ſponte recedat. Ita loquitur hic. Item poteſt procedere opi.Io.ſi poneremus ſponſalia eſſe contracta & matrimonium per verba de præſenti,ita q̃ fuerit neceſſe q̃ per ſententiam epiſcopi pronunciaretur nullum:& ſic pars ſua ſponte nõ receſsit.Iſtud probatur in l.cum hic ſtatus.§.fi.j.de do.inter vi. & vxo.& ibi glo.paruula,quæ intelligit in matrimonio contracto per verba de præſenti.& quod hic glo.intellexerit,ſic apparet ex verbis eius dum dicit,quomodo dotem repetit illa,cuius ſcelere pronunciatur nullum. & ſic præſupponit q̃ matrimonium fuerit contractum per verba de præſenti,& pronunciationem eſſe neceſſariam:argu.d.§.accuſaſſe.& d.§.meminiſſe.& d.§.petijſſe.ſ.alle. Venio ad ſecundam gl.hic dicit,nec nupſit.

a ¶ De adulte. Et vid Bal.in d.l.qui cõtra. in ij.q.

b ¶ Propria. Ad hæc adde bonam glo. In ſti.de nup.§.ſi aduerſus.ſed Bar.ẽ.ea.l.in verſi.item põt producere.videtur tenere contra:quia ibi loquitur quando ſciebat factũ,et ignorabat ius . ſic loquitur hic: ſed contra. Bar to.facit tex.etiam in d.l. qui contra ibi: quo cõmodatũ . iuncta gl.in verbo,datum.quæ dixit pro dote &c.Itẽ probatur & quærit amiſſio proprij matrimonij,nõ tamen lucri. dũ ibi amittebatur donatio propter tradita ab vxore viro. de hoc cogita.

c ¶ In re furtiua . Ad intellectũ huiuslegis & libelli formandi i condictione furtiua & quæ probari requirantur,dic ſingulariter vt per Bal.in rubr.ſi ex ſal.inſtr . in ver.rurſus.& i ver. l.amplius &c.

d ¶ Infantem. An infans & furioſus poſſint citari : de infante vide Bal. in l.donatarum.C.de acq. poſ.& vide .ſ.,pxie.

e ¶ Monachus . An monachus æquiparetur filio vel ſeruo. Et vltra iſta adõ gl. & ibi no.in l.Pedius in fi.de arbitr.et gl. in l.ſi.longius.in fin. de iud.et Bar.in l.tutor.de bon.poſ.& in l.cum hæredes.§.fin. in gl.de acqr.poſ.& in l.cum hi.§.ea trãſactione.de tranſact. i l.j.§.j.& §.ſi ſeruus. de ſtip.ſer.in l. ij. infra de acqui . hæred. Bal.in l.j.C.qui admit.& in l.filius.C. de pact . et in l.cum aliquis,de iure delib. in l.cũ non ſolum.in prin.de bo.quæ lib. Adde Bal.not . in l. fi.in fi.C.quod cum eo.per Bart.in l.j. de vulg.& pup.& in l. iij.de acqui . hær. & C.de hær.inſtit.et i l.ſi alienam.ff.de hæred.inſtit.in princi. Hęc ſcripſi poſt Ro. in l.j.§.item acquiri. mus.de acquir . poſ. Vide etiam Bal . in l. ſeruus communis de ſucceſ. vbi dicit quod ſeruus æquiparaf monacho in his, quæ poſſunt monacho adaptari,& nõ in alijs Bal . in quodam ſuo conſilio qd incipit,monachus q dam. in quo dicit q̃ tanquam voluntate carens æquiparetur infanti. Pro quo videtur tex.no.i l.ij.in fin.iuncta.l . adoptiuũ.in prin.ſ.de i ius

3 nupſit. † quæro quid ſi nupſit, et de facto copulatũ eſt matrimoniũ , an poſsit dotẽ repetere. Gl.dicit q̃ ſi ſciuit factũ,licet errauit in iure,nõ poteſt dotẽ repetere, ſed applicatur fiſco:vt l.qui cõtra. C.de ĩceſt. nup.Contra hoc oppo.nã ad impediẽdũ condictionem ob cãm non ſufficit quid de facto ſeq:vt l.iij.§.ſi liber homo . ſupra de condi.ob cau.Sol.dico q̃ nõ impedit cõdictiõe ob cãm tamẽ illa nõ datur mulieri,ſed applicatur fiſco,cũ ipſa reputeẽ indigna: vt d.l.qui cõtra.Itẽ opp.ad præ-

a dicta.infra de adul.[a] l.ſi adulterium cũ inceſtu.Sol.ignorantia † iuris excuſat quan-

4 tũ ad pœnam adulterij & inceſtus,vt ibi: nõ quantũ ad pœnã amiſsionis dotis , vt hic.Ego ſum in cõtraria opi.glo.et doc. ĩ iſta materia.Pro cuius euidentia debes ſcire . Quandoque dãs dotẽ errat in iure & in facto:& ſine dubio põt repetere cõdictione ob cauſam et ſine cauſa:vt ff.ſolu. mat.l.ſi cũ dotẽ.§.fi.et l.ſi ſponſus.et l.dotem.infra de iure dot. Quandoque ſciuit ius & factũ,et contraxit inceſtas nuptias: & tũc ſine dubio perdit dotẽ:et etiam patitur pœnas,de quibus in auth.ĩceſtas.C. de inceſt.nuptijs.et in corpore vnde ſumitur. Quandoque ſciuit factũ,et ignorauit ius:et hic aduerte, quandoque quærit an error iuris excuſet a pœna : et videt q̃ ſic: cũ diſtinctione tamen quæ ponitur in d. l.ſi adulterium cũ inceſtu.infra de adulte. Q̃nque quæritur an excuſet a pœna contrahentis inceſtas nuptias: et hic aduerte Quædam eſt pœna q̃ matrimoniũ ſit nullum,& in hoc nulla eſt excuſatio:vt l.j.C. de interdict.matri. Quædam eſt pœna q̃ filij ſint non legitimi:et in hoc põt eſſe excuſatio,vt ex parte ignorantis dicantur filij legitimi,vt infra de ritu nuptia.l . qui in prouincia.§.j.et quod no.in l.qui cõtra. de inceſt.nuptijs. Quædam eſt pœna quę cõſiſtit in amittendo lucrum:et hæc ignorantia iuris non excuſat. Debet enim eſſe iuſtiſsima ignorantia q̃ excuſet:vt d.l.qui cõtra.de inceſt.nup.ſecus ſi eſſet ignorantia iuſta:vt l.fi.j.de leg.j.Ita debet intelligi quod not.de vſufru.lega.l.vxori maritus. et de his quib.vt indi.l.ij.§.j. Quædam eſt

b pœna in amittendo propria[b]:et iſtã pœnã patiuntur ſolum ſcientes:vt de ince .nup. auth.inceſtas.et in corpore vnde ſumitur. In propoſito q̃ mulier perdat dotem eſt amittere propriũ:ideo iſtam pœnã non incurrit,niſi fuerit ſciens:vt d. auth. ĩceſtas. et ibi dicitur expreſſe. Non obſtat l. quæ contra.quia imo facit pro,ſi bene aduertatur,nã ibi dicit q̃ ei, qui cõtra interdicta legũ nuptias cõtraxerũt,nil datum nomine donatiõis propter nuptias , vel dotis nomine acquiratur.In hoc vult dicere q̃ mulier quãdo ſibi datur donatio, vel mari tus quãdo ſibi datur dos nõ acquiritur eis dñium:ſequitur ibidẽ ſtatim quod omne lucrũ,quod ab alio coniuge inceſtuoſo q̃ ſiuit,applicetur fiſco. Vnde de eo , quod peruenit ad eum vt lucrum perdendo loq tur illa lex. Dos autem non peruenit ad

3 lucrũ:quia eſt † titulus oneroſus:ergo non perditur niſi a ſciente. Et in hac opin.ſum pro mõ ſalua meliori deliberatiõe. Et poſ ſet etiam forte dici q̃ in vtroq̃ caſu,etiã ſi fuerit ſciens ius & factum mulieri competat condictio ob cauſam. Nam ratione turpitudinis non repellitur,vt hic in text.ea vero ratione quia eſt indigna,non poteſt repelli ab alio,niſi à fiſco. Ita videt text.in l.his conſequenter.§.j.ſ.fa.ercij.hoc tamẽ relinquo ſub dubio. Ratio quia d.l.loquit in hæreditate quæ poteſt eſſe dãnoſa:ideo requiritur fiſci agnitio : hic in dote,in qua non poteſt eſſe damnum : & ſic quæritur ipſo iure,& mulier agere non poſſet

De condictione furtiua. Rubrica.

LEX I.

c IN re furtiua.[c] Opponi. de l.ſed nec legatarius.j.eodẽ. & l.interdum. §.qui tutelã.de fur.Solu.quod dicit domino, ſubaudi vel quaſi. Opp.j.de pig.actio. l.ſi pignore.Sol.dic vt in gloſſa.

1 ☞ *Furioſus & infans quod ſint neceſſarij hæredes.*
2 *Citari quod non poſſit furioſus,ſed eius curator.*
3 *Contra infantem vel furioſum qualiter agi poſſit.*

LEX II.

Condictione. Qui non poteſt furtum committere, poteſt ab actione ex alterius perſona teneri.h.d. Nota

1 † q̃ furioſus & infans ſunt neceſſarij hæredes. Nota q̃ cum eis non poteſt agi : &

2 ſic nota nõ valere † citationem factam de furioſo:ſed debere citari curatorẽ,vt j.dicam. Opp.primo q̃ habeat beneficium abſtinendi:vt Inſtitu.de hære.quali.& diffe.§.ſed & his.Sol.concedo,ſed hic loquit g ſecundum rigorem iuris,ciuilis non conſiderato beneficio ab-

3 ſtinendi. Quæro, † qualiter poſſum agere contra infantem[d]

d vel furioſum.Reſpon.pro infante conuenitur tutor:vt l.j.§.ſuffici.de admini.tuto.pro furioſo curator : vt l.Licinius Locuſta. §.fi.de lega.ij.

f ¶ Opem. An p̃ſtans opẽ teneat cõdictione furtiua,adde Inn. in c.querelã.de elec. refert Ange.in l.j.in princ.de eo q̃ quẽ factum erit.per illum tex.&c.

¶ De peculio. Adde & vide ibi Bart.

voca. Abb.vero æquparatur pri tãquã legitimo adminiſtratori ſecundũ gl. in l.ſi præſes.C.quo & qñ iud.quod limita vt p̃ Bal.in l.cum non ſolũ.de bo.quæ lib. Et ex prædictis adde no.per Cano.i c.cũ olim.de priuile. el ij.& Bal.in l.cum proponas.C.de hære.inſti.& p doc.maxime modernos in l. is q hęres.de acq.hære.§.ęq̃ filius.et ibi Bar.in l.j.§.p ſeruũ. & l.quicquid.de acquir.poſ.& Bal.in l. ex repudiatione.C. de fideicõ. Bart.in l. ij.§.fi.in fi.de ſecun. tab.& Bal.& Imol. in l.filio.in princi.de cõdi.& demõ. Bal.i l.Deo nobis.in pen. col.de epiſc.& cleri. Bald.in l.ſeruus.C. de pact.& in l.filius. eo.tit.& in l.ſi liber. de cõdi.ob cau. Adde cui equiparet monachus,vel ſeruo,vt filio,Ang.late conſi. cxxij.& cõſil.xc.per Bal.an retineat iura ſuitatis, cõſi.cccxvj. inci.monialis.lib.iij.

¶ Opem. An p̃ſtans opẽ teneat cõdictione furtiua,adde Inn. in c.querelã.de elec. refert Ange.in l.j.in princ.de eo q̃ quẽ factum erit.per illum tex.&c.

¶ De peculio. Adde & vide ibi Bart.

1 ☞ *In obligatione rem reſtitui poteſt res ipſa peti,etiam ſi ſit percempta.*
2 *Monachus decedens ante hæreditatem aditam,an illam trãſmittat ad abbatem vel monaſterium.remiſſiue.*

LEX III.

SI condicatur. In condictione furtiua habetur ratio intereſſe conſiſtentis in lucro. Nota id quod dicit,ſi mortuum hominem condi

1 cat:quia in obligatione † rem reſtitui poteſt peti ipſa res etiam re perempta. Dicam de hoc ſtatim j.eo.l.in re furtiua. Secun

2 do nota quod † ſi monachus[e] decedat ante aditam hæreditatẽ,

e non tranſmittit ad abbatem vel monaſterium. Facit l.inde Neratius.in princi.& §.j.ad leg. Aquil.& ibi dixi.& in l.cum non ſolum.in princ.de bon.quæ libe.& in l.j.de vulga.& pupilla.& per Canoniſtas in c.in præſentia.de proba.

SI ſeruus. Hac actione tenetur dominus ex perſona ſerui, & datur noxalis in eo q̃ ad dominum non peruenit. Idem in patre ex perſona filij.& qui furtum non commiſit,hac actione non tenebitur.hoc dicit.cum duabus ll.ſequen. Ad hanc legem in princi.oppo. de l.ſæpe.in fi.de verborum ſignificatio.glo.dat multas ſolutiones. Vna quod ibi loquatur de condictione,id eſt,actione perſonali.& hanc tene hic. Alij dicunt quod non tenetur condictione, niſi de eo quod ad eum peruenit.& hanc tenent multi.

f Alij dicunt quod præſtans conſilium vel opem[f] non tenetur condictione,vt hic,niſi in ſubſidium committente furtum exiſtente non ſoluendo.Et hanc tenet Iaco.de Are.hic,& videtur

g probare.j.de pecu.[g] l.peculium.§.penul.

a ¶ Si pro fure. In hac l. decidit Dy. quem sequitur Bald. quod remittens iniuriam non videtur remittere ius consequendi damnum, quod ex iniuria passus est. l. sed & si vnus. §. si ante. ff. de iniurijs. & ibi Dy. & not. Bal. in l. si tibi. §. j. de pac. & Bald. in l. si domus. ff. de ser. vrba. prædio. vbi dicit plus, & fortius, quod est de mente Spec. in titu. de accu. §. j. ver. sed si vulneratus.

✠ POMATES.

a ¶ Si pro fure. No. q̃ remittẽdo iniuriam non videor remittere damnum, quod, ꝓpter illã passus sum.

b ¶ Persecutoria. Vide ad glo. in l. rei cõmunis. ff. pro socio. & in l. j. C. de furt. & in l. fin. C. de codicil. & Barto. in l. j. §. vnde quæritur. ff. de publi.

c ¶ Condictio. Et an actio furti & condictio furtiua possint eo libello cumulari, vide Bal. quod sic. in l. iiij. C. de re iudi.

d ¶ Contra hæredem. Idem no. in l. prima. in princi. ff. de actio. & obliga. & Institu. de actio. §. j. & idem dicas si non fuit furata res mea, sed quasi mea vel mihi obligata: quia tunc incerti condictio datur cõtra hæredẽ: sed Bald. in l. j. in j. co. C. ne ex delic. defun. arg. l. & ideo. §. Neratius. infra eodem.

e ¶ Varijs. Ad istud posuit etiam vnum exemplum Bar. in l. si & me & Titium. §. si cer. pe.

f ¶ Furtiua est. Et iõ dicit hic Bal. quod si statutum dicit quod de maleficio non possit cognosci post mẽsem: certe non poterit etiam de condictione furtiua. Ad id tamen quod dicit Barto. hic, vide gloss. & Barto. in l. Celsus. alias in l. q̃ ab alio. infra eodem titulo.

g ¶ Quoties. Adde textũ in l. Græce. §. sed & si ex deli. j. de fide.

h ¶ Figuris. A dic etiã aliud speciale. j. eo. l. si seruus. §. fin. & ibi nota.

i ¶ In re furtiua. Sed quid si res nõ est perempta, non tamẽ apparet an succedat obligatio ad æstimationem? Dic q̃ sic, secundum Bart. & docto. per illum tex. in lege, si constante. §. si vxor. soluto matrimonio. facit lex, cũ res. §. penultimo. de leg. primo. Et vltra ista vide Barto. in l. cum seruus. de condictio. ob causam. & quod notat bona glos. in l. rei iudicatæ. §. j. soluto matrimonio. quã ibi singulariter ponderat Imola.

k ¶ Siue manifestus. Adde ad istam legẽ Bart. in l. fur est manifestus. in princi. de furt. & in l. falsus. in prin. eo. tit.

l ¶ Legatario. Et no. quia dicebat Pet. in l. si seruus. §. boue & rerum amo. l. si concubina. §. non solum. j. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. vlti. quæ iura concludunt ipsam rem posse peti. Dico etiam quod æstimatio poterit peti. vt hic. Nec obstat l. si seruum. in fin. de verbo. oblig. quia ibi loquitur in obligatione rem dari. & eodẽ modo. l. penul. §. de condic. ob cau. hic vero in obligatione rem restitui, & sic in obligatione facti. Quod plene dic vt dixi in d. l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga.

SI pro fure.

[a] Decisio in actione furti nõ præiudicat in cõdictione furtiua. hoc dicit. Opponitur de l. si duo. §. idem Iulianus in principio. §. de iureiur. Solu. vt ibi Bartolus.

Furti actio.

Persecutoria non tollitur per pœnalem, nec econtra: sed persecutoria [b] bene tollitur. hoc dicit. Oppon. de l. apud Cels. §. Labeo. de doli excep. Solu. ibi loquitur in pœna cõuentionali: hic in pœna legali.

1 *Actio ex delicto quando detur contra hæredem.*
2 *Condictio furtiua quòd sit ex delicto.*

Condictio.

[c] Hæc actio datur cõtra hæredem, etiam in eo quod ad eum non peruenit, qualiter cunque, & quomodocunque res perierit. siue quantumcunque. hoc dicit. Opp. dicitur hic, post mortẽ: & sic innuit aliud esse ante mortem. cuius contrariũ dixerat in hoc eo. §. Gl. se inuoluit. Tu dic q̃ ideo dicit post mortem, quia omnes alios casus posuerat: ideo hunc volebat ponere. Siue ergo seruus viuat, siue mortuus sit ante mortem furis, siue post mortem, & postquam peruenit ad hæredẽ, siue post mortem furis antequam peruenit ad hæredẽ, idem est. Oppo. de l. quædam. §. j. supra de eden. & j. eo. l. sed nec legatarius. Solu. intellige hic de successoribus vniuersalibus. Oppo. †actio ex delicto nõ datur contra hæredem, [d] nisi quatenus peruenit ad eos: vt l. j. j. de priuat. delic. & C. ne ex delic. defun. l. j. Gloss. dicit hic ideo, quia est ex varijs [e] figuris causarum, non ex delicto. Hanc glo. reprehendunt omnes, vt Gul. hic, & alij: †quia condictio furtiua est [f] ex delicto: vt l. si ambo. §. quoties. [g] j. de compen. & l. si mulier. §. penul. j. rerum amo. & ibi hoc tenet Dyn. & leges, quæ dicunt de actionibus, quæ oriuntur ex varijs figuris [h] causarum, loquuntur in alijs casibus. fateor tamen quod in condictione furtiua est hoc speciale quod detur contra hæredem vltra quam ad eum peruenerit.

1 *In obligatione rem restitui etiam re perempta res ipsa peti potest, & etiam æstimatio.*

IN re furtiua.

[i] In obligatiõe rẽ restitui demum perempta re succedit obligatio ad interesse: quod est contra furem quantum res plurimi fuerit & habetur ratio fructuum. h. d. Oppo. & videtur quod debeat peti †ipsa res non æstimatio, vt l. penul. supra de condi. ob causam. & l. si seruum. in fin. de verbo. obliga. glo. tua fatetur contrarium quod semper ipsa res est in petitione, sed re perempta æstimatio erit in solutione. vide glo. Gui. hic & Dy. aliter dicunt, vt not. per Dyn. in l. stipu. nõ diui. in magna distinctione in vj. q. Ego ibi istum passum multum late examinaui: finaliter determinaui quod ipsa res potest peti tanquam perempta, vt §. eo. l. iij. & hac eadem l. ver. si ex causa. & j. eo.

1 *Condictio furtiua q̃ non competat legatario.*
2 *Actio furti qualiter dicatur competere legatario. & nu. 5.*
3 *Ex assidua contrectatione rei furatæ absque mutatione dominij an nascatur noua actio.*
4 *Qui furatus est equum Florentiæ, & illum duxit Bononiam, q̃ poterit Bononiæ conueniri.*
6 *Diuisio glo. in tres partes.*

SIue manifestus.

[k] Hæc † condictio competit cõtra furẽ manifestũ, siue non manifestum, nisi possessio rei ad dominum sit reuersa. h. d. Quærit gloss. vtrum contra furem manifestum posset dari hæc cõdictio in alijs casibus quam in casibus hic positis. Pla. q̃ non: quia semper requiritur apprehensio, vt fur dicatur manifestus. Glo. tenet contrarium: quia sufficit contra furẽ si surgat rumor furti facti. & sit visus, vt infra de fur. l. si quis in seruitute. & ibi dixi: quia potuit esse q̃ fur cum re subtracta aufugit: & sic posuit hic exempla indubitabilia.

Tandiu.

Hæc condictio datur domino & hæredi eius, non successori titulo singulari, & durat etiam re alienata ex necessitate: secus si ex voluntate. h. d. vsque ad l. & ideo. §. Neratius. Glo. j. huius §. ponit casum: & ideo non eger recitatione. dic vt in ea. Oppo. extra glo. de l. huic scripturæ. supra ad l. Aquil. vbi re alienata voluntarie durat actio l. Aqui.

2 Sol. Quædam † sunt actiones, quæ non competunt ad rem, sed ad æstimationem damni vel iniuriæ occasione rei, & istæ durant etiam re alienata: vt l. contraria. cum distinctione tamen quam ponit Dyn. in l. si tertius. §. si quis prius. de aqua pluuiarcen. & ibi dixi plene. Quædam sunt actiones quæ competũt ad rem ipsam: & tunc extinguũtur re alienata voluntarie. Istam distinctionem facit text. in l. quæcunque actiones. j. de actio. &

3 obligatio. Ex hoc † potest apparere solutio quæstionis formatæ in glo. An actio furti extinguatur re alienata ipsi furi vel alij extraneo. Certe non: quia non competit ad rem, sed ad pœnam occasione delicti commissi in re: argu. j. arborum fur. cæsarum. l. fi. Venio ad l. sed nec legatarius.

De condictione furtiua. 76

ua contrectatione: ei vero qui succederet titulo vniuersali cõpetant duæ: Vna ex veteri: alia ex noua cõtrectatione. Tertia opi. est q̃ nullo casu ex veteri contrectatione dat actio nouo dño, etiã si succedat titulo vniuersali. Examinemus ergo istas tres opin. Dico primam opinionem q̃ legatarius habeat duas actiones furti, scilicet ex contrectatione veteri vnam: aliã ex noua cõtrectatione. Probatur in l. si dominium, de fur. eo. tit. l. si cũ quis in hostium. §. j. Hoc etiã probatur per simile. Nã si res subtracta reuersa est ad dominũ, & iterũ ab eo subtrahat, cõpetũt eidẽ & cõtra eundẽ, et eiusdẽ rei occasione duæ actiones furti: vt l. interdũ. la ij. in prin. j. de furt. Gl. videtur istã optenere in l. si abducta. C. de furt. sed in l. si dominiũ. de fur. & hic reprobat eã. et primo respõdet ad simile inductũ de l. interdũ. quia ibi fuerũt duo furta, cũ possessio apud furem fuerit interrupta: qõ nostra loquitur q̃ possessio apud furem est continuata: vnde ad propositũ nõ facit illud simile. Præterea cõtra opi. prædictã si verũ esset q̃ legatario daretur ex noua cõtrectatiõe actio furti. et ex veteri: eẽt cõtra l. sed & hæres. de ser. cor. et ideo glo. recedit ab hac opi. Quidã tamẽ volentes hanc opi. sustinere, rndẽt q̃ aliud ī actiõe seruí corrupti: vt d. l. sed et hrs. aliud in actiõe furti. Sed quicquid ipsi dicant, ista opi. est cõtra casum l. si is qui rem. infra de fur. vbi ex veteri cõtrectatione nõ datur legatario actio furti. Non obstat l. si dñium. q̃ intelligo dari legatario ex noua cõtrectatiõe, vt ibi no. Secũda fuit opi. Hugo. q̃ legatario detur actio furti ex noua cõtrectatione: hæredi vero ex veteri tantũ, quando res esset legata. Si vero res non esset legata, competeret ex veteri, et ex noua contrectatione: et sic haberet hæres duas actiones furti: vt d. l. si dominium. et l. si cum quis in hostium. §. j. infra de fur. Probat hoc gl. per similitudinem de hærede furis. qui ex noua cõtrectatione tenetur furti. Ista opi. est vera, & eam teneatis.

Sed contra hoc quod dixi dari duas actiones furti, opp. glos. de l. ei qui. infra de fur. Gl. soluit multum notabiliter, et dicit †

3 quod ex assidua contrectatione non nascitur actio furti: vt d. l. ei qui. nisi dominium sit mutatum: vt l. si dominiũ. cũ simi. & illud quod operatur rem ad dominiũ reuerti, illud etiã operatur mutatio dominij: quod est valde notandum: vt d. l. ei qui.

a Et illud est multũ notabile [a] ad q. occurrẽtem quotidie: Aliqs

4 †furatus est equũ ī ciuitate Florentiæ. & duxit huc: vtrũ possit hic conueniri? Et videtur quod non: quia ab initio est mihi nata actio & accusatio Florentiæ, et assidua contrectatione non nascitur actio furti noua: vt d. l. ei qui. ergo licet hic contrectetur: non poterit hic puniri. Contrarium videtur verum nam sicut mutatione dominij assidua contrectatio noua nascitur actio furti: ita mutatione dominij, hoc est, iurisdictionis rei principalis seu mutatione territorij noua nascitur actio criminalis ad vindictam publicã, ar. l. qui furere. supra de sta. homi. et ideo tanquam de nouo contrectans poterit hic puniri. Hoc idẽ dixi tibi in d. l. si dominiũ. de fur. Cõtra illud quod, supra dixi legatario competere actionẽ furti ex assidua cõtrectatione, oppo. extra gloss. R ei hæreditariæ non possessæ nõ fit furtum: vt leg. hæreditariæ. infra de furt. et de vsucapio. leg. si homo. sed legatarius non possedit rem: ergo non habet furti actionem. Gloss. in l. si abducta. C. de furt. & in d. l. si homo dicit quod hoc ideo est: quia facto furis contingit ne legata-

5 rius rem possideret. Tu vero clarius pro † declaratione istius

b passus [b] dic. Quandoque ille, qui est dominus re non possidebat tpe furti facti, sed ante possederat, et tunc ei competit actio furti: vt leg. falsus. §. si iactum. de fur. Quandoque dictã rem nunquam possederat: & tunc aut facto furis impeditus fuit quo minus possessionem adipiscatur: & competit domino actio furti: vt hic vides in hærede & legatario: vt no. in l. si abducta. et in d. l. si homo. Aut id non contingit facto furis, sed si alias casu, vt puta quia iacente hæreditate rem surripuit, vel post aditam hæreditatem, et ante possessionem apprehensam, vel alio quolibet casu, et tunc aut ista res a nemine possidebatur cõtemplatione seu respectu dominij, & ei nõ cõpetit actio furti: vt d. l. hæreditaria. Aut possidebatur ab aliquo cõtẽplatione dominij: et competit actio furti: vt d. leg. si homo. de vsucapio. Et ex hoc potest colligi ratio quare dominus con-

trectando rem pignoratam quam creditor nunquam possedit, committit furtum, et tenetur furti. Certe ratio est: quia licet non possideat creditor, possidet tamen ipse debitor pro creditore recognoscẽs illam rem obligatam: vt l. in actione. in fi. j. de fur. & l. si is qui rem. in prin. eo. ti. Modo habes expeditam † glos. in l. sed nec legatarius. quæ

6 qa fortis est, debet diuidi hoc modo: quia primo format contrarium de l. si dominiũ. & illud soluit duobus modis. Secundo in secunda solu. subintrat quæstionem qualiter actio furti transeat ad successores: & in hoc recitat tres opi. vltimo ponit rationem diuersitatis inter condictionem furtiuam, & actionem furti.

1 *In iudicijs familiæ erciscundæ, communi diuidundo & finium regundorum, an transferatur dominium sine traditione.*
2 *Resolutio contractus iudicatur ex eius natura, cuius cõtractus.*
3 *Dominium in societate vniuersali quod quæratur sine traditione: ita & in eius resolutione.*
4 *Si res emphyteutica diuiditur inter fratres, an debeat solui laudemium, & an posit diuidi domino irrequisito.*

ET ideo.

Assumo glo. in verbo, retineas. q̃a aliæ pertinẽt ante declarationem text.

Opp. q̃ hoc modo non procedat: nam dominium sine traditione non transferẽ: vt C. de pac. l. traditionibus, sed hic si res erat subtracta, non potuit transferre dominium in socium: ergo remanet dominium cõmune sicut erat prius. Sed si diceres possessionem esse translatam: ergo fuit reuersa ad dominum, & sic cessaret cõdictio furtiua: vt §. eo. tit. l. siue manifestus. in princi. Gl. dicit q̃ licet fuerit translata possessio: fuit tamen inductus in possessionem. Vel dic q̃ fuit tradita socio. Vel dic vt dicit gl.

1 & istud † est multum notabile. si esset ve-

c rum [c] quod speciale est in istis tribus iudicijs, familiæ erciscundæ, finium regundorum, & communi diuidundo, vt acquiratur dominium sine traditione cum possessione sola; argu. Instit. de offi. iudi. §. fi. certe ibi non dicitur sine traditione. Quid

2 ergo dicemus? Sustineam [9] hãc gl. Vos † debetis scire quod resolutio contractus [d] iu

d dicatur eiusdem naturæ cuius est contractus. Vnde sicut dolus dans causam contractui irritat contractum bonæ fidei, ita resolutionẽ ipsius: vt l. de tutela. & ibi not. C. de in integ. restit. mi. Dixi vobis in l. in

3 summa. §. titu. ij. Sed in societate † vniuersali hoc est speciale, vt dominium quæratur sine traditione quando fuit cõmunio:

e vt j. pro socio [e] l. j. & ij. & no. j. pro dote. l. j. in prin. Eadẽ ratione in resolutione ipsius societatis, quæ fuit per diuisionem, transfertur dominiũ sine traditione, vt hic. Sed si poneremus rem vel hæreditatem esse cõmunem aliter q̃ ex societate: tunc forte illud vltimum dicit gl. non esse verum, sed deberemus tenere præcedentem solutio.

Vltimo teneamus mẽti hanc distinctio

f nem [f] de eo, qui alienat voluntarie vel necessarie, quod facit ad multa. & probatur j. de dam. infect. l. cum postulassem. §. fi. & l. peto. §. prædium. de lega. ij. Gul. inducit

g in argu. [8] ad q. si plures habentes fundum

4 † emphyteuticum communem diuidunt, vtrũ debeatur portio statuta per l. vlti. C.

h de iure emphy. Istam q. [h] præcedit alia: sci-

l. si hæredis seruus. de lega. j. quod si ante acquisitionem legati, etiam post aditam hæreditatem res legata fuerit furto subtracta, non competit actio furti legatario. Ita ſtelligebat illum tex. de quo ibi aliquid per Imol. di centem q̃ etiam maxima limitatio ad istam materiam.

✠ ¶ Examinemus. Barto. inepte hic allegatur contrarius, per hoc quod dixit in l. si opera. ff. de excep. doli. per quod vide eiusdẽ concor. xliij. incip. in alio casu.

a ¶ Notabile. Adde Bart. & docto. in l. si abducta. C. de furt. adde Bal. consil. clij. lib. v.

b ¶ Passus. Cõtrariũ tenet Bar. in d. l. si abducta. Et ex istis q̃ hic habenẽ, cõcludit Bald. in l. sub prætextu. C. de transac. la j. in fi. q̃ ex furto cõpetit actio rei persecutoria alteri q̃ domino, licet videatur contra l. j. §. eodem. & ibi not.

c ¶ Verũ. Contra facit l. diuisionis placitum. de pac. & in l. si diuisionẽ. C. fa. erciscũ. & l. si inter vos. C. cõia vtri. iudi. q̃ iura inducas per te. Sed ad ista iura respondeo q̃ loquunt in pacto de diuidendo: quod quidẽ non erat efficax, nisi esset vestitum traditiõe. Sed iste tex. & gl. loquunt hic in sententia adiudicationis et diuisionis quæ efficacior est, p ea quæ habentur in §. fi. Instit. de offi. iud. & in l. ex hoc iure. de iustit. & iure. Et q̃ trãsferat ex tali diuisione, vide Barto. in l. cum solus. j. de vsuca. & hic adde Bal. in l. j. C. cõmunia vtri. iudic. & vide Bal. post glo. in l. j. in fi. C. de inoffic. do. Adde Rom. an si de contractu sit soluẽda gabella debeat solui de diuisione, cõ fi. clxxxij.

d ¶ Cõtractus. Vide Bar. in l. ab emptione. in prin. §. de pact. & in l. in summa. in prin. de cõdi. indebi.

e ¶ Pro socio. Vide Bart. in l. traditionibus. C. de pact.

f ¶ Distinctionẽ. Adde Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. in x. q.

g ¶ In argumentũ. ibi: §. de transact. l. cũ hi. Vide Bart. ī l. pater. §. qndecim. de le. iij.

✠ POMATES.

h ¶ Istã q. Vide Alex. consi. clxxxiiij. in ij. col. ij. volu.

a ¶ Ad reſtituendum. De hoc vide p Bal. & Imo. in l. ſcire debemus. de ver. obli. in §. fi. allegat glo. in d. l. ſed & ſi me putẽ.

b ¶ Si ſeruus. Et illud quod dicitur hic, q res æſtimatur cũ cõſideratione illius du bij euentus cõditionis, fallit vbi illa cõditio conſiſteret in morte alicuius: quia ibi non æſtimatur: vt not. Bald. in l. j. in ij. col. C. de pact.

3 POMATES.

c ¶ Si actor. Vide Frãciſ. Cre. notabili ſuo xxxj. inci. ſæpe iſtud cõtingit. & clvij. incipiẽ. vnus ſocius. & Are. conſi. xviij. col. fi. v. volu. vbi dicit econtra.

d ¶ Cũ hærede. Hoc no. alleg. Bart. in l. ſi ſeruum. §. j. de verb. oblig.

e ¶ Quæſtionem. Et adde quod idem voluit Pau. de Caſt. & Ludo. in l. ſtipulatio iſta. de verb. obliga. q̃q̃ Bal. tenet cõtrariũ in e. j. qui ſuc. tenean. & vide ad hoc Cy. in l. ſiue. C. de nego. geſt. & idem dicit Bal. ſi eſſet dictio taxatiua. & idẽ eſſet contra ſi quis promiſit de ſuo facto, tamẽ venit etiam factum ſui hæredis. Pro quo vide etiam not. Bal. in l. fi. C. pro emp. & text. in l. ſtipulatio iſta. de ver. ob. quod not. Adde quod con ſuluit Bal. cõſi. liij. li. iij. de eo q promiſit vendere fundum, & non velle teneri niſi p ſuo dato & facto rãtum, & interim fecit ſibi cedere iura vniùs mulieris cui ipſe erat obligatus ad reſtitutionem doris, & fecit impenſas in fundo. an poſſit retinere fundum iure ceſſo & ob impẽſas, & cõcludit q ſic: qa iſte, promiſit de facto ſuo tantum, & nunc venit tanquam nouus homo.

licet vtrum poſsint diuidere domino irrequiſito. Et videtur q non: quia ſicut non poſſunt alienare alijs: ita nec inter ſe: arg. §. de tranſact. l. cum mihi. §. ſed ſi pluribus. In contrarium videtur per l. volũtas. C. de fideicõ. quod videtur verũ: quia ratio, propter quam prohibentur alienare in extraneum, eſt, quia ille extraneus nõ habet neceſſe recognoſcere dominum: vt no. doct. in d. l. fi. de iure emphy. quę ratio ceſſat qñ vẽdit emphyteuta ſocio ſuo vel fratri ſuo. Pro hoc facit quod dicitur de feudis, quæ poſſunt diuidi exceptis quibuſdam: vt x. collat. de phibita feudi alie. c. imperialẽ. §. præterea ducatus. Nunc ad propoſitũ an dominus debeat habere portionem ſtatutam per d. l. fi. de iure emphy. dicunt quidã q debet habere à prouocante, & nõ à prouocato: ar. huius l. Guli. videtur dicere indiſtincte q dominus nil debeat habere: ar gu. l. fi. C. de litigioſis. & in auẽ. de litig. §. j. facit l. qui erat. ſ. fami. erci. Facit optime. C. mãda. l. per diuerſas. prout loquitur de ceſſione quæ fuit inter hęredes & ſocios cum diuidũt. Nec obſtat diſtinctio huius legis quia hoc ideo: quia poterat ſibi prouidere agendo cõdictione furtiua anteq̃ prouocaret ad diuiſionem. Sed ille, qui habet cõmunem fundũ cum alio, nullo modo poteſt prouidere, vt à cõmunione diſcedat, niſi per diuiſionem: & ideo ſemper videẽ alienatio neceſſaria.

1 ☞ *Condictio incerti eſt proprium nomen actionis: & cõpetit vbi non competit condictio furtiua. nu. 5.*
2 *Condictio incerti quando competat habenti ius in re, & ei, qui non eſt dominus & de triticaria & condictio. l. ſi coloni.*
3 *Contra emẽtem à fure rem à Titio bona fide poſſeſſam quo remedio agatur.*
4 *Differentia inter condictionem furtiuam, & cõdictionem incerti.*

Neratius. Ei, qui nõ eſt dominus, ſed habet ius in re in locũ condictionis furtiuæ competit condictio incerti. h. d. Opp. ſ. eo. l. j. Sol. ibi loquiẽ de directa quæ datur ſoli domino: hic de vtili. Vel verius dic † q cõdictio incerti eſt proprium nomẽ actionis. & ita communiter intelligunt gloſſatores noſtri. Et p huius declaratione † gl. hic, & in l. manifeſtiſsimi. §. ſed cum in ſecunda. C. eo. & in l. & non tantum. de peti. hære. ſic diſtinguunt: ſi quidem ſubtrahit res domino comperit condictio furtiua, vt eo. l. ſi nõ domino: & tunc aut habet ius in re, vt creditor: & habet condictionem incerti, vt hic. Aut nõ habet ius in re, ſed poſſidebat: & competit triticaria. & j. tit. ij. l. j. in fi. & l. ſeq. Aut non habet ius in re, nec poſsidet, ſed habet detentionem tantũ vt cõmodatarius vel depoſitarius: & ſibi ſubueniẽ per actionẽ in factum, vel condictionẽ ex l. ſi coloni. C. de agri. & cen. li. xj. vel p officiũ iudicis. Alij, vt Hugo. dicũt etiã iſto caſu cõpetere condictionem incerti: ſed hoc nõ reperitur lege expreſſum: ideo videẽ recurrendũ ad §. dicta remedia, de qbus dixi. Tene mẽti hãc gl. q etiã nõ probando dominiũ agis cõdictione furtiua. Iſtis caſibus no. in hac gl. Quæro, hæc lex loquiẽ qñ agiẽ cõtra furẽ, ad quem res peruenit cũ vitio: ſed qd ſi peruenit ſine vitio †, vt puta rem à te poſſeſſam emi à fure bonafide? Iſtam q. tangit gl. in l. in ciuilem. C. de fur. & in l. manifeſtiſsimi. §. ſed cum in ſecũdam. eo. ti. & Inno. extra de reſti. ſpo. c. ſæpe. tangiẽ in d. l. & nõ tantum. in prin. de peti. hær. & in qualibet earum dantur remedia. In cõtrarium facit quod no. in l. rem quæ nobis. de acq. poſ. vbi dicit gl. q pro poſſeſsione rei mobilis amiſſæ nullum cõpetit poſſeſſorium: ſed intellige ſcilicet interdictũ: ſed alia iuris remedia bene competũt ad poſſeſsionẽ: vt in l. §. alle. & dixi plene in d. l. rem quæ nobis. Quæro quæ eſt differentia inter condictionẽ furtiuã, † & hanc condictionẽ incerti. Reſpondeo, in cõdictione furtiua poteſt actor concludere q reus condemnetur ad reſtituẽdũ rem. Item poteſt cõcludere ad dandum ſibi rem: quod eſt ſpeciale odio furis: quia licet actor ſit dominus, tamen poteſt petere ſibi dari, vt not. Inſti. de act. §. ſic itaque. Sed in hac cõdictione incerti petet ſolũ reſtitutionẽ rei, non autẽ ſibi dari: cũ ipſe actor non ſit dominus. Et ex prædictis apparet † quæ ratio eſt q hic datur condictio incerti: quia aliæ condictiones ſpeciales deficiunt. Nam, vt vidiſtis, in condictionibus quæ oriuntur ex negotio geſto, de quibus dictum eſt in præcedẽti libro, vbi alię condictiones deficiũt, recurrimus ad cõdictionẽ incerti. l. ſed & ſi me putem. §. j. §. ti. ij. ita in condictione q̃ oriẽ ex delicto, vbi deficit condictio furtiua recurritur ad condictionẽ incerti, vt dictum eſt.

X argento. Etiam ſpecies facta ex materia mea venit in hac actione: & in ea habeẽ ratio melioationis factæ etiam ſumptibus furis. h. d.

1 ☞ *Hæres eſt dominus rei legatæ ſub conditione*
2 *Si ius actoris perit etiam lite conteſtata iudicio pendente reus abſoluitur.*
3 *Res q tantum valeat quantum vendi poteſt: & quomodo hoc procedat. & nume. 7.*
4 *Vendens & promittens pro ſuo dato & facto tantum q etiam teneatur pro facto illius, cuius eſt hæres.*
5 *Exceptio ſuperueniens pendente iudicio quando proſit reo. remiſſiuè.*
6 *Res an æſtimetur tantum, quantum vendi poteſt.*
8 *Ea quæ ſuperuenunt poſt litem conteſtatam, & ab initio impediuiſſent proceſſum, q impediant reliquam partem iudicij, ſi reus eſt paratus ſtatim probare.*

b SI ſeruus. b Si actor pẽdẽte iudicio deſinit eſſe dñs facto ſuo vel authoris ſui ius extinguiẽ: ſecus ſi facto furis. & res æſtimaẽ quantũ vẽdi põt. h. d.

1 † Nota q hæres eſt dñs rei legatæ ſub cõdictione. Secũdo no. q ſi ius † actoris perit pẽdẽte iudicio etiã lite cõteſtata, ſequi
3 tur abſolutio. Tertio nota q † res tantũ valet, quãtũ vẽdi põt.

c Opp. q ſi actor c perdat dñium abſq; facto ſuo, nõ ceſſet cõditio: vt l. & ideo. in prin. ſ. eo. Sol. hic videẽ perdere facto ſuo: qa ex diſpoſitione defuncti quis fingitur eſſe vna & eadẽ perſona
d cũ hærede. d Vide glo. & tene mẽti. & not. q. e aliquis vẽdit rẽ,
e † & p miſit de ſuo dato & facto: certe ipſe tenebitur ex perſo-
4 na ei f, cuius eſt hæres, vt hic. qd tene mẽti. Secũdo oppo. del. inter oẽs. in prin. de fur. Solu. ibi loquiẽ de actione furti. hic de condictione furtiua. Et iſta eſt bona & notabilis ſol. 1 ta habuiſtis notatum in l. ſiue manifeſtus. in vlt. gl. ſ. eo. Alij dicũt q hic deſinit eſſe ſeruus actoris facto ſuo: ibi abſq; facto ſuo. Sed hęc ſol. nõ procedit in actione furti. ſed cõdictione furtiua. probatur. j. de act. & obl. l. quæcunq;. Tertio opp. & videẽ q non pereat ius actoris quo ad officium, licet pereat quo ad dñium lite pendente: vt l. ſi poſt acceptũ. ſ. de rei ven. Sol. hic loquiẽ quãdo perit facto actoris vel authoris ſui. ſecus in facto rei, vt ibi dicit
5 tex. & ita loquitur lex contraria. Hũc † autem paſſum, ſ. quando exceptio ſuperueniens pendente iudicio, examinaui plene j. de
6 proſit reo except. l. j. Opp. hic dicit quod res æſtimatur † quantum vendi poteſt. contra, imo debet æſtimari perinde, ac ſi res legata non eſſet, vel libertas ſub conditione relicta: vt l. locum. §. condemnatio. de tab. exhiben. Solu. ibi non erat ius de præſenti, ſed ſperabatur adeſſe & recedere in conditionis euentũ, hic econtra erat ius de præſenti, ſed ſperabatur abeſſe & recedere in conditionis euentum. rationem diuerſitatis dic vt ibi dixi.

Opp. ſ. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia ſi deletum. Solu. vt ibi: quia ibi loquiẽ qñ delictum cõmiſſum eſt culpa: hic qñ dolo. & dixi plene in d. §. condẽnatio. Vltimo venio ad illud notabile
7 q res tantum valet, † quantum vendi poteſt. qd intellige quantũ vẽdi poteſt, ſ. homini ſcienti conditionem rei: vt l. mortis cauſa. §. fi. & ibi no. j. de do. cau. mor. Itẽ intellige quantũ vendi poteſt, ſ. communiter & in loco publico. intellige quantum potuerit vendi pluribus & pluribus diebus, non vna die vel vno momento: vt l. pretia rerum. in fin. & ibi not per gloſ. & ibi plenius dixi. ff. ad l. fal. Item debet intelligi quando tractatur de æſtimatione rerum mobilium: ſed quando tractatur de æſtimatione alicuius rei immobilis fit æſtimatio ſecundum glo. poſitam in l. ij. C. de reſcin. vendi. dic vt ibi. Quæro, ſi conditio extiterit pendẽte iudicio, dicit tex. q ſequi debet abſolutio: quæro, a quo fiet abſolutio, vtrum a petitione, an ab inſtãtia iudiciali?

Glo. videtur tenere quod ab inſtantia iudicij dũ dicit q vlterius procedi non debet: quaſi dicat, hæc exceptio impedit
8 proceſſum. Quod intellige † ſi reus eſt paratus probare ſtatim ſe cundũ q dixi in l. nã poſtea. in prin. ſ. de iureiur. Nam ea quę ſuperueniunt poſt litẽ conteſta. quæ ab initio impediuiſſent proceſſum, impediunt aliquam partem iudicij, vt vidiſtis in l. elegãter. §. ſi quis poſt. ſ. de condic. indebi. In glo. ſuper verbo, quanti emptorem inuenerit. ibi, ſed argu. contra. j. ad legem Falcidiam.

a l. in lege falcidia. dic & ſolue a quod hic recipit ſibi debitum nullo caſu ſoluenti ab eo reſtituendũ, ſed mihi reſtituere tenetur ſoluenti in caſu Falcidiæ imminentis: ideo ſibi cauet. In gl. ibi: ſed in ea ſpeciale. ſ. vt non fiat executio intra tempora ſua, ſed expectetur conditionis euẽtus. Et eſt ratio: quia ibi agebat is, cui nõdum ius competebat, contra regulã l. ſi pupilli. §. videamus. ſ. de neg. geſt. Hic vero is, cui ius de præſenti competebat, licet in futurum recedere debebat in conditionis euentum.

Cauere autem Malæ fidei poſſeſſori litis æſtimationem ſoluenti de euictione non cauetur. h. d. De hoc dic vt l. & ex diuerſo. §. petitor. ſ. de rei ven. & litis æſtimatio. j. pro emptore.

1 ☞ *Pars rei quando peti poſſit.*
2 *Boue mortuo quando poſſit peti coriũ & carnes.*
3 *Petens plus debito quando perdat totam cauſam.*
4 *Condictio furtiua quod oriatur ex delicto.*

b Boue. b Iſte eſt ſubtilis §. à fure poſſum cõdicere rem meã & id q ex re mea ſupereſt: & qui conſecutus eſt totũ
non poteſt petere partẽ: & qui conſecutus eſt partem, poteſt pe-
c tere reſiduum. hoc dicit. No. q poſſum petere e rem. & etiam poſ
1 ſum petere partes rei. Oppo. q non procedit petitio partis † rei: vt l. in commodato. §. duobus. j. commo. Huius timore hic. §. legitur duobus modis. Vno modo in diuerſis perſonis: quia alius fuit fur bouis, alius fuit fur corij & carnis, quaſi contra eundem, licet poſsit agi ad totũ, non tũ poteſt agi pro partibus, vt l. contraria. & intellige hoc pro partibus integralibus: vt ſi vellem petere vnum pedẽ, caput vel cornu, & ſi. ſed ſi vellem petere partẽ quotam, vt dimidiam vel tertiam, non eſt dubium q poſſem: vt l. ſi ſtipulatus. j. de ſol. hæc lectu. vera eſſet. donec totum durat in ſui integritate: ſed toto diſſoluto per partes, procedit alia lec. ſ. vt iſte §. intelligitur etiã in eadem perſona, vt contra eum poſsit agi ad partes. Non obſtãt contraria: quia ibi loquitur toto exiſtente in integritate ſua: hic facta partiũ ſeparatiõe. Secũdo op. ex noua cõtractatione non naſciẽ actio furti, vt l. ei q. j. de furt. ergo noua cõtractatione correi non naſciẽ actio furti. Sol. ſcdm primã lec. hoc operaẽ hic diuerſitas perſonarũ: ſecũdum ſecũdam lec. hoc operatur hic diuerſitas rerum: quia alia res eſt modo corium & carnes, q̃q̃ eſſet bos. Sed contra hoc opp. ſi corium & carnes videntur aliæ res ergo ſolutione facta pro boue non continget liberatio pro corio, & carnibus, vel econtra: quia nil prodeſt exceptio rei iudicatæ quãdo res ſunt diuerſæ: vt l. cum quęritur. de except. rei iudi. Sol. licet res ſit diuerſa: tamen eſt prima, & ſic eadem fingitur. & hoc ſecundũ iſtam lect. Sed tenẽdo primam iterum op. quando ſunt perſonæ diuerſæ, non obſtat exceptio rei iudicatę vt C. res inter alios acta. per totum. & d. l. cum quæritur. ergo ſi vnus ſoluit litis æſtimationẽ: nullo modo prodeſt alteri. Gl. hoc non bene declarat. Tenendo iſtã lec. oportet te dicere q ille alius habebat cauſam à fure, & erat habiturus regreſſum contra eum: vt no. in l. nec vllam. §. j. ſ. de peti. hęre. Opp. q exceptio rei iudicatæ nunq̃ proſit condemnato: vt j. de except. rei iudic. l. euidenter. ſed hic dicit quo d prodeſt, quare male. Solu. hic dicit q fuit condemnatus, & ſoluit: merito ſibi prodeſt. Venio ad ſecundam
2 gl. & oppo. boue † mortuo non poteſt peti corium & carnes: vt l. mortuo boue in prin. de leg. iij. Sol. dicit gl. aliud in boue legato, & aliud in boue ſubtracto. Breuiter iſta eſt veritas: quando q; vnum totum integrale poteſt a me peti tanquam meum: tunc eo diſſoluto potero petere quamlibet eius partem, vt hic. Quando q; poſſum petere vnum totum, tanquam mihi debitum actione perſonali: tunc eo diſſoluto ſine culpa debitoris non poſſunt peti partes, vt in l. contraria. dic vt ibi. Venio ad tertiam gloſſ. & oppon. qui petit plus, debet repelli à petitione totius: vt lege ſecunda. §. item quęritur. de aqua quoti. & æſti. dicit glo. hic erat deuentum ad æſtimationem, quæ eſt diuidua: ibi de indiuiduo loquitur. Certe ipſe bos quando peteret dari: dicitur diuiduus per quotas: vt l. ſi ſtipulatus. j. de ſol. Item opp. q debeat perdere cauſam ſuam, quia plus petit, vt C. de plus peti. l. j. & Inſtit. de actio. §. ſi quis agens. Solu. quando quis pe
3 tit † plus debito: abſq; dolo debet obtinere
d q probauit ſine dubio d & hoc modo põt hic intelligi. Quãdo vero plus petijt dolo: tunc ſi qui dẽ deliquit in duobus, ſcilicet in plus petendo, & in plus cautionẽ exigẽdo, perdit totum: vt d. l. j. C. de plus peti. alias ſecus, vt ibi no. per docto. & per Canoniſtas in ca. j. de plus peti. ita debet intelligi d. §. ſi quis agens. Inſti. de actio.

a ¶ Et ſolue. Hanc gl. hic intellige qñ iſta voluntas defuncti ſecuta eſt poſt factũ ſecus ſi ante: vt not. Bar. p illũ tex. in l. ſi ſeruũ. §. item ſi homo. de verb. ob. Et adde gl. in l. qui exceptionẽ. §. ſi pars. de cõdi. inde. & ſimiliter alienãs dicẽs ſe nolle teneri niſi de facto ſuo, nihilo minus tenetur de facto ſui ſucceſſoris ſingularis. d. l. ſtipulatio. §. ſed ſi quis. & text. optimus in l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. de pig. actio

Vod ab alio. alias §. Celſus. Liber factus ex veteri contrectatione cõdictione furtiua nõ tenetur. h. d. Dicit glo. c
1 q ex §. apparet q condictio † furtiua non oritur ex delicto: quia tunc noxa caput ſequitur. Tu dic cõtrarium, vt dixi in l. ſi pro fure. §. fin. ſ. eod. licet in quibuſdam habeat aliquas ſingularitates, inter quas eſt hęc.

b ¶ Boue. Iſtis. d ¶ Dubio. Adde ṭit. C. de plus peti. & adde §. ſi quis agẽs Inſti. de act.

e ¶ Secundam partẽ. Vide bar. in l. ſi vt certo. §. ſed interdũ.

Vi furtum. In hac actione periculũ interitus pertinet ad furẽ indiſtincte: ſed in actionibus deſcendẽtibus ex cõtractu habetur ratio culpæ ſecundũ naturam contractus. h. d. Oppo. ad ſecundã g
partem, e & videtur quod commodatarius
e teneatur de caſu: vt dicta lege ſi vt certo §. ſecundo. infra commoda. Solu. illud verum ſi culpa vel mora præceſſit. Mirabile eſt hoc: cum hic pręſupponamus furtum eſſe factum: ergo culpa & mora præceſſit: vt l. in re furtiua. ſ. eo. & infra eod. l. fi. Vnde Iac. bu. videbatur fateri contrariũ: & dicit q hic dicitur in tex. & gl. intelligatur ſecũdum naturam actionis communem commodati & depoſiti, nõ referẽdo nos ad caſum poſitum in tex. Sed hoc videtur mihi cõtra mentem huius legis. Ideo dico q etiam in caſu huius legis ſi agerem commodati vel depoſiti, non haberetur ratio culpæ. Nã culpa, quæ fuit cõmiſſa in vtendo, non fuit ordinata ad caſum: & ideo non facit commodatarium vel depoſitarium teneri de caſu, vt lege ſi vehẽda. §. primo. infra ad legem Rodhiam de iactu. & ibi not. & l. & in totum. infra de impen. in re. do. fa. & idẽ dico in mora. Nam quamuis ſit in mora quo ad condictionem furtiuam: non tamen eſt quod ad actionem commodati vel depoſiti. Oppon. de lege prima §. ſi rem. infra depoſiti. Solu. ibi commiſit furtum in vendendo: hic in vtendo. Et ibi deliquit circa totam rem: hic tantum circa vſum eius, vt lege qui iumenta. infra de furtis. & ibi not.

f ¶ Vel abſens. Vide per Ang. in repe. l. j. n viij. chart. Ç. de iud.

1 ☞ *Mora furis quod purgetur obligatione & nouatione.*
2 *Rem meam quod poſſum ſtipulari à fure.*
3 *Mora præcedens qualiter per ſtipulationem purgetur remiſsiue.*

f PArui. f Oblatione & nouatione purgatur mora † furis. h. d. Opp. de. l. qui decẽ in prin. de ſol. Sol.
1 dico q quantũ ad purgandũ morã nil differt inter oblationem & nouationem: ſed quantum ad liberationem inducendam differt, vt hic not. in prima gloſſ. Opp. quod quis non poſſit rem ſuam ſtipulari à fure: vt lege nemo rem ſuã. de verbo. obl. Sol. dicit gl. q hic fuit ſtipulatus rẽ ſuã ſibi reſtitui: nõ ſibi dari:
2 vt l. ſcire debemus. j. de ver. ob. Alij dicũt q ſicut † quis à fure poteſt cõdicere rẽ ſuã, vt in §. ſic itaq;. Inſti. de actio. ita põt ab eo ſtipulari ſibi dari: & hoc mõ intelligũt d. l. ſcire debemus. dic vt ibi.
g Op. q ſit differẽtia vtrũ ſit res pręſens vel abſens: g vt l. q decẽ. §. idem reſponſum. de ſolu. Sol. dicit glo. notabiliter: hic ſtipulatio fuit interpoſita aõ nouãdi: quo caſu nõ refert an res ſit pſẽs vel abſens: ibi fuit interpoſita nõ aõ nouãdi: quo caſu refert an quis

a ¶ Quoniã. Et ſi vis habere intellectum huius literæ in fine. vide quæ nota. Bar. in l. ſi vendidero. §. fina. de fur.

b ¶ In pſona. Iſtis addе bonum tex. cum ibi nota. in l. ſeruus cuiuſdam. ſ. de condic. indeb.

c ¶ Licet. Adde l. nemo rem ſuã. & quæ ibi no. §. fina. de verbo. obliga.

d ¶ Si obligatio. Sed quid differt condictio ex l. & accuſatio ex l. & vide glo. ſing. & ibi Bal. in l. fina. C. de litig.

e ¶ Obligationes. Vtrum verba præſentis temporis poſita in lege inducant ad futura, vide Bart. in l. oẽs populi. in ante pe. col. de iuſti. & iu.

f ¶ Agendi. Vtrum ex diſpoſitione legis oriatur ius agendi. idẽ dicit Bal. in. l. ſi. §. præterea. in ij. col. de iure do. Quãq; autem lex noua diſponit circa principale factum roborando: & actio naſcitur ex illo facto: argu. l. ex placito. de re. pmut. Aut actionẽ inducẽdo: & oritur conditio ex lege vt l. ſi quis argentũ. de donati. Quãq; lex noua diſponit circa acceſſorium: & tunc non inducit obligationem, ſed iudicis officiũ, vide ibi, et adde Bal. in rubr. C. eod.

ſit præſens vel abſens. quod ſatis placet. Tamen iſta †materia qualiter per ſtipulationẽ purgetur mora præcedẽs, eſt multum difficilis. quam dic plenè vt l. ſi rem. j. de noua. tangitur plenè in l. eum qui. §. fi. de ver. obl.

Creditor falſus accipiendo ſcienter indebitum quando faciat furtum.

a QVoniam. [a] Falſus creditor accipiendo ſcienter indebitũ, furtum facit: & cõdictione furtiua ſoluenti tenetur. h. d. Oppo. ſi ſit furtum: ergo non transfertur dominium: & ſic ceſſat condictio indebiti: quia nemo condicit rem ſuam, &c. vt ſ. vſufruc. quemad. ca. l. vlti. Merito ergo per hanc l. totus ille titulus. de condictione indeb. videtur deſtrui. Huius timore ſunt multæ ſolutiones finaliter gloſ. intelligit hoc quãdo

b quis labitur in perſona. [b] & ſic in ſubſtãtia perſonæ. Idẽ not. in l. falſus. de fur. ſed Dy. in dicta l. falſus. dicit q̃ hoc nõ eſt neceſſe: quia poſito quod non transferatur dominium, habet tamen locum condictio: quia omnis condictio degenerat contra furem.

Ego † in d. l. falſus. dicebã ſic diſtinguendo: Quãdoq; falſus creditor ſimulat ſe creditorem, & inducit debitorem ad ſoluendũ ſibi: & tunc cõmittit furtum. Videtur enim ſoluere ſub ea conditione ſi creditor eſt. Ita intelligatur d. l. falſus. & hic: vbi tex. ſonat hoc. Quãdoq; debitor ſua ſponte vadit ad ſoluendum, illo nihil faciente, niſi recipiente pecuniam: & tunc non fit furtum: & dominium transfertur: vt in toto titu. de condictione indebiti. Ratio: quia debitor habebat pro conſtanti quod eſſet creditor: & ſic illa conditio, ſi creditor eſt, non inerat. Nec poteſt dici illud, quod dicebam in l. ſi procuratori falſo. in vltima glo. ſ. de condic. ob cauſam. videlicet q̃ in ipſo actu traditionis committatur furtum, licet poſtea immediatè res incipiat eſſe creditoris. Nam, vt hic dicit text. illud furtum parit condictionem furtiuam: ſed poſtea translato dominio condictio furtiua extinguitur: quia voluntate actoris transfertur: vt l. ſiue manifeſtus. §. fina. l. ſi ſeruus. in princ. ſ. eod. ſed impoſsibile eſt quod eodem momento condictio furtiua oriatur, & deſinat l. Titio cùm morietur. ſ. de vſufructu. ergo &c. Alia quæ hic tanguntur in gloſſa, ſunt clara.

c VIlianus. Hæc condictio datur cum adiectione de peculio. hoc dicit.

c LIcet. [c] Fur ſemper eſt in mora: ideo ad eum ſemper ſpectat periculum interitus. hoc dicit. Nota quod licet quis ſit paratus ſuſcipere iudicium, per hoc moram non purgabat.

De condictione ex lege. *Rubrica.*

Continua rubricam vt in gloſſa.

1 *Lex iſta quòd habeat locum etiam in legibus antiquis.*
2 *Lex ſemper loquitur.*
3 *Ex legis diſpoſitione quando oriatur ius agendi.*
4 *Quando lex permittit, an ei, cui permittitur, oriatur ex tali permiſsione aliquod ius.*
5 *Ex diſpoſitione legis aliquid vetantis ad commodum alicuius ei tunc oritur exceptio, & quando actio.*
6 *Quando ex lege competit ius agendi, vtrum ſit actio vel officium iudicis.*
7 *Quando ex diſpoſitione legis oritur actio, vtrum ſit condictio ex lege, an alia actio.*
8 *Ex contractu emphyteutico oritur actio ſpecialis ex emphyteuſi.*
9 *Ex obligatione literarum non agitur condictione ex lege, ſed actione ex literis.*
10 *Vbicunque lex vel conſuetudo induceret nouum contractum ex tali contractu oritur actio, & non condictio ex lege.*
11 *Quando ex lege inducitur actio criminalis, non dicitur condictio ex lege, ſed accuſatio ex lege.*
12 *Quando lex obligationem inductam declarat, quæ actio oritur.*
13 *Si lex confirmat obligationem inductam an ex ea oriatur condictio ex lege.*
14 *Condictio ex lege, quod concurrat cum alia.*

LEX VNICA.

d SIobligatio. [d] Quando per legem ciuilẽ inducitur obligatio immediate, nec exprimitur actio: condictione ex lege agitur. h. d. Anteq̃ vlterius procedam, quæro exempla huius legis. glo. ponit quædã exẽpla de iure antiquo Digeſtorũ, vt l. ſi poſtulauerit. §. fi. de adult. Contra iſtam lectu. oppo. quia tex. hic dicit ex lege noua. ſed illa eſt lex vetus: ergo nõ eſt bonũ exemplum. Huius timore quidã legũt hic hoc modo: ſi obligatio noua introducta eſt lege, ſcilicet veteri vel noua, & ſic illud verbum, noua determinat illud verbum, obligatio. & hæc eſt ſatis bona. alij dicũt quod etiã l. ſi poſtulauerit. eſt noua. omnis enim lex poſt legem duodecim tabularũ poteſt dici noua. Certe qualiter dicatur lex noua, non curo hic examinare: examinatur plene. j. de regu. Cato. l. ſi. per gl. & Iaco. de Aret.

1 Sed verum eſt indubitanter quod hæc lex habet locum † etiam in legibus antiquis, & etiã ĩ nouis. De antiqs induxit exẽplũ in d. l. ſi poſtulauerit. §. fi. & l. extat. ff. q̃ mẽt. cau. et l. ſi. ſ. de rei vend. ſecundũ illam lec. & in multis alijs legibus. Alij ponũt exẽplũ ĩ legibus nouis. C. de dona. l. ſi qs argentũ. & C. de ſuffr. l. j. & de peti. hæredi. l. ſi. de iure deli. l. ſcimus. §. ſcientia. & C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. Iſta ſunt iura per glo. hic allega. tamen ſunt in C. multæ aliæ leges, videlicet de ſacroſan. eccl. l. iubemus. de paga. l. Chriſtianus. quod metus cau. l. ſi per impreſsionẽ. de arbi. l. ne in arbitris. de fideiuſſo. l. j. ſi per vim vel alio modo. l. j. vnde vi. l. meminerint. & l. momentariæ. & l. non ab re. & C. loca. l. ſi quis conductionis. de litigio. l. penulti. & fi. multæ aliæ leges, quas in uenire laborioſum eſſet potius q̃ ſubtile. in authenti. ſunt etiam multæ aliæ. & authen. iubemus. C. de epiſ. & cleri. ne filius pro patre. authẽ. habita. & ne vxor pro ma. auth. ſed omnino. & quo modo & quando. in auth. qui ſemel. & qui potio. in pigno. habe. auth. idem poſſeſſor. & multæ aliæ. Poſſumus etiam ponere exẽplum in ſtatutis ciuitatis & conſtitutionibus regũ & principũ. Sed contra hoc oppo. quomodo potuit lex antiqua cogitare de futuris legibus, contra l. iubemus. in fi. C. de teſt. Reſpon. non potuit cogitare ſpecialiter ſed generaliter ſic: ſicut pater poteſt cogitare de filijs ſibi naſcituris inſtituendo eos vel exhæredando: vt l. Gallus. per totam l. de liberis & poſthu. & de teſta. milita. l. qui iure militari, &c. Item oppo. quia hoc videtur contra hanc legem, quæ dicit, ſi obligatio lege noua introducta eſt. quod eſt

e temporis præſentis: ergo non refertur ad obligationes [e] introductas poſtea: vt l. ſi ita. de auro & argen. lega. Huius timore dicit gloſſ. expone hic, eſt, i. erit. Gloſſ. iſta habuit bonum intellectum

2 non tamen eſt neceſſaria expoſitio ſua. Nam debes ſcire † q̃ lex ſemper loquitur, & ſemper eſt in viridi obſeruãtia: vt l. Arriani. C. de hæretic. probatur in omnibus legibus incipiẽtibus, hodie &c. & in authenticis dum dicunt, ſed hodie hoc iure vtimur: vt C. de appel. auth. hodie. Nam illud hodie, intelligitur ſcilicet de illo die quo illa lex vel authenc. legitur. ita hic lex dicit, ſi obligatio lege noua introducta eſt, ſufficit quod ſit in preſenti eadem die qua hæc lex legitur: quoniam ſemper loquitur. Non obſtat lege ſi ita. de auro & argento legato. quia ibi loquitur in teſtatore, qui ſemel tantum loquitur. Expediti ſumus de apparatu legis noſtræ: videamus ergo materiam huius legis. hic habemus tria, quod ex diſpoſitione legis oritur ius agendi. Item quod iſtud ius agendi eſt actio. Item quod illa actio vocatur condictio ex lege. Quæro ergo poſt, & reuoco in dubium

3 †vtrum ex diſpoſitione legis oriatur ius agendi. [f] Et videtur

f quod ſic, vt hic. in contrarium infra ad legem Falcidiam. lege prima. in principio. & C. ne fideiuſſ. do. den. lege prima & ſecunda. & de rebus eorum. lege prima. Aduerte, ſcitis quod legis virtus conſiſtit in quatuor, imperare, permittere, vetare, & punire: vt ſupra de legibus. l. legis virtus. Vnde ſi quidem lex præcipit imperando ſeu præcipiendo: & tunc aut præcipit aliquid q̃d reſpicit commodum tantum eius cui præcipitur, & tunc non oritur actio niſi ſicut infra dicam de lege permittente, magis em̃ eſt permiſsio & conſilium quam præceptum: vt lege ſæpe. de officio. præſid. Aut præcipit aliquid ad commodum alterius quã eius cui præcipitur: & tunc oritur ius agendi. hoc probatur in omnibus interdictis reſtitutorijs: vt C. de ſeruis fugi. l. quicunq;

& ſ. ad leg. Aquil. l. ij. cum multis ſimi. Quandoq; lex permittit & hic aduerte: aut permittit aliquid fiendum ab aliquo in ſe vel in ſuo: & tunc non oritur ius agendi, ſed efficitur vt ille actus ſit validus & impunitus, vt l. in re mandata. C. manda. & l. ſi conſtãte. §. ſi maritus. ſoluto matrimonio. Aut permittit q̃ fiat aliquid in alieno: & oritur ius agendi: vt l. venditor. §. ſi conſtat. ſ. communia præd. & l. j. in fi. & l. ij. & iij. in fi. j. de aqua plu. arcen. Quãdoq; lex permittit fieri aliquid quod non fit in loco: intellige vt loco cohæreat: tunc aut illud venit tantum explicandum intra perſonam facientis: & non oritur ius agendi. Exemplum in omnibus legibus, quæ deferunt hæreditates ex teſtamento vel ab inteſtato. Nam non competit mihi ius agendi ad hoc vt habeã hæreditatem: quoniam in meipſo poſſum hoc expedire ſola voluntate: tamẽ hæreditate adita poſſum poſtea agere petitione hẽreditatis. Si vero illud veniret explicandum cum alio: tunc aut venit explicandum principaliter propter ſe: & competit ius agẽdi, vt puta in caſibus, in quibus filius poteſt agere contra patrem vt eum emancipet: vt l. ſi lenones. C. de epiſco. audien. vel. pater contra filium vt patiatur ſe emancipare: vt l. quidam cum filium. & ibi per doct. de verbo. obligatio. Quandoq; venit explicandũ propter aliud: & tunc ius agendi non competit, ſed ſufficit quod ille, qui debet facere, impleat pro parte ſua quantum poteſt. Hoc probatur per omnes leges quæ dicunt de obligatione & conſignatione: vt l. acceptam. C. de vſur. & l. obſignatione. C. de ſol. & l. iure ciuili. de condi. & demon. Iuxta prædicta quæro in caſibus, in quibus ius permittit aliquid, non oritur ius agendi: vt

4 ſ. dixi, an †ei cui permittitur, dicatur competere aliquod ius ex illa permiſsiõe, an vero ſit aliqua facultas facti. Pro cuius declaratione debes ſcire quod dicitur de vſufructu formali & caſuali. Nam vſusfructus formalis eſt ius alienis rebus vtendi & fruendi: vt l. j. ſ. de vſufruc. vſusfructus vero cauſalis non eſt ius, ſed quædam facultas percipiendi fructus: quia eſt dominus: vt l. vti frui. in princ. ſ. ſi vſusfru. pe. Nunc ad propoſitum, quandoq; lex

a permittit [a] aliquid alicui facere pro conſeruatione iuris ſui ſam quæſiti: & illud non eſt ius, ſed facultas quædam, vt dic. l. in re mandata. & d. §. ſi maritus. Quandoq; permittit lex aliquid facere pro accuſatione alicuius iuris de nouo: & tunc eſt ius: vt ius

b adeundi hæreditatem. [b] Et hoc apparet ex eo quod ei præſcribit vt l. licet. C. de iure deli. Facultati autem quę facti eſt, non præſcribitur: quia leges quæ loquuntur de præſcriptione, vt l. ſicut. & l. cum notiſsimi. de præſcrip, trigin. ann. loquuntur de præſcriptione contra iura tantum, non contra facultates quæ facti ſunt: & ideo docto. in illa q. vtrũ preſcribatur iuri offerendi, reuoluũt vtrũ ius offerẽdi ſit ius vel facultas. De quo dicam j. de pig. act.

5 l. ſi rem. §. omnis. Quandoq; lex vetat: † & tunc aut vetat aliquid ad commodum eius vel hæredis eius cui vetatur: & oritur ius excipiendi, non agendi: vt l. j. in prin. j. ad leg. Falcid. & C. ne fideiuſ. do. dentur. l. j. & ij. licet ſolutione facta per errorẽ competeret condictio indebiti: tamen illa non oritur ex illa lege vetante & inducente exceptionem, ſed oritur ex quaſi contractu qui celebratur ſolutione: vt l. ſi in area. ſ. de condi. indebi. Quandoq; lex vetat aliquid ad commodum alterius quam cui vetatur: & tunc ſine dubio oritur ius agendi. Hoc probatur in omnibus interdictis prohibitorijs: vt C. ne liceat po. l. j. & ij. C. nemini licere ſigna imponere. cum multis ſimi. Et prædicta diſtinctio procedit quando lex prohibet factum. Si vero prohiberet expreſſe ius agendi, vt puta ne actio petitione detur: & tunc eſſet indubitabile q̃ ſolum paratur exceptio: vt l. ij. §. j. ad Velleia. & ad Maced,

c l. j. Sed contra oppo. [c] vbicunq; lex dat ius excipiendi, ibi ergo cõpetit ius agendi per officium iudicis: vt l. Aurelius. §. Sticho. de lib. leg. & l. ſi contendat. & ibi not. de fideiuſſ. & l. iij. C. qui bo. cede. poſ. Reſpond. illud ius agendi non oritur ex illa lege vetante, ſed ex æquitate iudicis, propter illam l. vt d. l. iij. C. qui bo. ced. poſ. & ibi hoc tex. declarat. Quarto & vltimo lex procedit puniendo, & tunc ſine dubio competit ius agendi, vt patet in omnibus legibus puntentibus maleficio. Secundo principaliter

d eſt videndum [d] eo caſu quo competit ius agendi † ex lege, vtrũ

6 ſit actio vel officium iudicis. Videtur caſus in l. quod ſi minor. in fin. ſupra de mino. & ex quibus cau. maio. l. j. & per totum. quod ſit iudicis officium. Tu dicas quod quandoq; verba legis diſponentis referuntur ad partes, quandoq; referuntur ad iudicem, quandoq; impeſonaliter proferuntur. Primo caſu ſemper oritur actio. Ita debet intelligi ſ. ad leg. Aquil. l. ij. & de peti. hęred. l. itẽ veniunt. §. pridie. Et hoc apparet ex omnibus interdictis prætorijs reſtitutorijs. Dicit em̃ reſtitues, &c. & vnde vi. p. totũ: et ne qd in lo. pu. l. ij. cũ ſi. Q̃nq; referũtur ad iudicẽ verba legis diſponẽtis: & tũc q̃nq; referũtũr ad iudicẽ affirmãdo, q̃nq; negãdo. Si affirmãdo, ſemp cõpetit iudicis [e] officiũ: vt ſ. de mi. l. j. cõiũcta. l. q̃ ſi minor. in fi. & ſ. ex qb. cau. ma. l. j. in prin. & ſ. quod metus cau. l. c fin. §. primo & ſecundo. & infra de colla. do. l. prima. in princip. & de ali. & cib. le. l. iij. & ibi dixi. & C. de colla. l. ſi ſoror. & ibi gloſſ. quæ hoc dicit. Quandoq; referuntur ad iudicem negatiue: tunc non producunt officium iudicis. Non enim aliquid committi

f tur iudici directo [f], ſed magis pariunt actionem ei, ad cuius vtilitatẽ verba fuerunt prolata: vt ſ. quod met. cau. l. j. vbi prętor dicit, quod me. cau. geſtum erit, ratum non habeo. licet verba referantur ad iudicem: tamen quia referuntur priuatiue, non pariũt officium iudicis, ſed actionem parti, ad cuius commodum priuatio illa inducitur. Et prædicta diſtinctio locum habet, quando verba legis diſponũt circa factum, puta ali

e quem reddere vel reſtituere, & ſi. ſed quando directo diſponerent circa ius agendi, ſine dubio producerent actionem. Hoc apparet ex omnibus edictis, quæ dicunt, iudi

g cium [g] dabo. Licet enim verba referantur ad iudicem: tamen quia directo circa ius agendi diſponunt, producunt actionem: vt ſ. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id quod. & de his qui deie. vel effu. l. j. cum ſimi. Quandoq; verba impeſonaliter proferuntur: & tunc cõpetit ius agendi, vt in auth. ſacramenta. f C. ſi aduer. ven. & ibi no. j. de acquirend. rerum domi. lege ſtatuas. & de his qui deiec.

h vel effu. lege ſi vero. §. prætor [h]. ver. ſi ſeruus inſciente. cum ſimi. & idem intelligo h in ſtatutis eadẽ ratiõe. Tertio principaliter

i eſt videndũ [i] eo caſu quo ex diſpoſitione legis oritur actio, vtrũ ſit cõdictio ex lege, an i alia actio. Iſta eſt multum intricata materia quam gloſſ. noſtræ poſuerunt in lege quoties. infra. de præſcriptio. ver. & multum imperfecte Iacob. Bald. fecit de hoc magiſtraliter vnam ſuam additionem quæ incipit, turbatus eſt eorũ ſpiritus, & mirãtur tanq̃ ignari, &c. Cy. recitando dicta Vltramõtanorum examinat hoc in lege ex placito. C. de rerum permuta. & vbi Vltramontani videntur velle loqui ſubtiliter, tamen male declarant, nec veritatem ponunt. Ego tradam vobis hãc materiam per eum modum quem intelligam. Si quidem eſt cautum quo nomine actionis agatur, & eo agitur: & hoc non habet dubium. Si vero non eſt cautum: & tunc quãdoque lex obligationem inducit, quandoq; inductam declarat, quandoque inductam confirmat. Primo caſu: aut obligationẽ inducit immediate aut mediate aliquo contractu, vel ſimili. Si immediate: aut eſt lex prætoria: & habet locum actio in factum: vt lege finali in principio. de eo per quem factum erit & Inſtitu. de interdi. in fine. Aut eſt lex ciuilis, & habet locum condictio ex lege. hic eſt caſus in hac lege: & ita poſui tibi in ſummario. Si vero lex inducit obligationem mediante aliquo contractu, vel ſimili: tunc in hoc ſunt opiniones. ſecundum diuerſas materias. Verbi gratia: lex ciuilis inducit contractum emphyteuticum, nec eſt cautum quo nomine actionis agatur: vt lege prima. C. de iure emphy. quo nomine tunc actionis agetur? Pe. de Bellapertica dicit, actione

a ¶ Permittit. Vide Bald. in rub. C. eod. qui aliter loquitur.

b ¶ Hæreditatẽ. Adire eſt ius, nõ facultas & an ei preſcribatur vide tñ q̃ ſingulariter ſcripſi in l. ſuũ. C. de iure deliberã. poſt Bart. q̃ faceret tibi honorẽ. Adde an iuri adeũdi præſcribat vide Bald. cõſ. xiij. lib. iij.

¶ Opponi. Adde bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. in v. colum. in ver. quæro quo iure ſententia arbitrorum. ĩ. pro ſocio.

d ¶ Videndum. Vide Bar. aliter dicentem in rubri. C. eo. & in auth. dos data. ad fi. C. de don. ante nup. in ver. ſi affirmãdo, ſemper cõpetit iudicis officiũ, &c. Addẽ Bar. idẽ tenentẽ in l. j. in prin. ſ. ſi quis ius di. & bar. in l. j. §. ait ꝓtor. ſ. de poſt. &c.

POMATES.

e ¶ Iudicis. Vide Feli. in c. exceptionem. in iiij. col. de exce. ver. demum ſcias. Iaſ. in l. ſi ſoror. C. de colla. Cepo. cõſi. xij. in fi. Barba. conſi. ij. alias iij. in xxvj. colũ. in j. vol. Iaſ. in l. ea demũ col. ij. C. de coll. Vide & Alexã. cõſi. l. col. ij. ad fi. ij. vol. & Feli. in c. ij. ad fi. poſt Panor. ibi de offi.

f ¶ Directo. Adde bonum tex. & ibi bar. in l. metum. §. ſed q̃ prętor. ſ. q̃ met. cau.

g ¶ Iudiciũ. Vt infra cõmo. l. j. in prin.

h ¶ §. prætor. Quod idẽ ſit, vide bar. per illũ tex. in l. Arriani. C. de hæreti.

i ¶ Videndum. Per bal. in rub. C. e. Sed an cõdictio ex. l. deẽ pro facto. vide Bal. in d. l. ex placito. in ix. q.

a ¶ Dicunt. Contrariũ tenet Bar. in d. l. j. et j. de pub. iud. l. j.
b ¶ Emphyteusis. Et adde ꝙ cõdictio ex lege qñq; concurrit cum alia ex diuerso capite l. quoties. de act. et obli. & ibi gl. & no. Bal. in rubri. C. eo. in penul. col.
c ¶ Dicit. Sed Bald. in rubri. C. eo. tenet opi. glo. & doct. contra Bar. &c.
d ¶ Vbicunq;. Nota & adde Bar. in l. oẽs populi. de iusti. & iure. in v. q. prin. & in l. j. de pub. iud. in pe. col. & Bal. in rubri. C. eod. vbi tenet ꝙ agatur cõdictiõe ex moribus. Sed Bald. in l. ij. C. quando li. ab emp. dis. tenet ꝙ nõ oriatur actio sui nominis ex feudo, sed cõdictio ex lege, vel præscriptis verbis: & feudũ est contractus innoãtus: vt no. Bal. in rubri. C. de rerũ permu. et ad Bar. hic an ex cõsuetudine vel ex moribus vel ex statuto oriatur cõdictio ex lege, vide Bald. in l. ex placito. i. x. q. C. de rerũ permuta. & Bar. in l. de gbus. in fine. de legi. & adde Bal. in l. fi. C. de leg. & Bart. in l. oẽs populi. in v. q. prin. & in d. l. de quibus. ad fi. ff. de legi.
POMATES.
e ¶ Ex lege. Adde ꝙ in criminalibus proprie dicitur accusatio. gl. in l. fi. in ver. recipiat. in fin. C. de litigi. declarat Ang. in l. si qs id quod. ff. de iurisdic. om. iudi. Alexan. in l. viro. in prin. ff. solu. matri.
f ¶ Ex illa lege. Nota per actionẽ in factũ. & quia plene per docto. in l. ex placito. & ibi Bal. de rerum permu. & qd differat a condictione ex lege, & an sit datiua vel natiua.
POMATES.
g ¶ Exemplũ. Vide Iaso. in 5. actionum. in xxij. col. Instit. de actio.
h ¶ Obligatio. Hic ad de Bart. in rubri. de præscrip. verb.
i ¶ Legitima. Adde Bar. in d. l. legitima.
k ¶ Apparet. Sed quę actio oriatur ex statuto vel cõsuetudine, vide Bart. in l. si duo. §. si quis iurauerit. ã. de iureiuran.

præscriptis verbis: quia illa lex respicit principia legis xij. tab. Istud est falsum. primo secundũ opi. ipsorum Vltramontanorum, qui dicunt ꝙ actio præscriptis verbis non oritur nisi ex cõtractibus innominatis: sed contractus emphyteuticus est nominatus: ergo &c. tamen opi. eorũ est falsa: ideo non curo de ea. Præterea istud est contra l. iiij. j. de præscrip. verb. quãdo cõtractus nullum habet nomen à iure ciuili: vnde alij dicũt,[a] & hæc est communis opi. ꝙ agatur ex contradictione ex lege l. j. C. de iure emphyt. sed non placet: quia hæc condictio habet locum quando obligatio inducitur ex lege, vt hic: sed ibi non inducitur ex lege, sed ex cõtractu. Modus inducendi ex lege, & inducendi ex contractu differunt in specie: vt l. obligamur. §. lege. & per totã l. de act. & obli. Præterea, regula est ꝙ quoties contrahimus lucri faciẽdi causa, oritur actio ex contractu: vt l. actionum genera. §. ex contractu. de actio. & obli. Præterea, dicitur in tex. Instit. de loca. §. adeo. ꝙ contractus emphyteusis[b] sit species contractus per se, sicut alij contractus iuris gentium: sed cõtractus nominati iuris gentiũ eo ipso ꝙ sunt, actionem producunt: vt l. iuris gentium. in princ. ã. de pact. ergo &c. Concludo † ergo ꝙ ex contractu emphyteutico oritur quædam actio specialis, quæ vocatur actio ex emphyteusi, & sic denominatur à contractu: sicut actio ex empto, & locato, & similes. hic est text. in dicta l. actionum genera. §. ex contractu. &c. Aliud exemplum in obligatione literarum quæ actio oritur? Glos. Instit. de lite. obli. dicit[c] quod oritur condictio ex lege. Idem docto. in l. in contractibus. de nõ nume. pecu. Ego dico contrarium. Nam scitis † ꝙ verborum obligatio est inducta de iure ciuili, sicut obligatio literarum. Item lex dicit quod non minus obligamur literis quàm verbis: nec est minoris efficaciæ vna quàm alia: vt l. non figura. de actio. & obliga. infrà: sed in obligatione verborum habemus expressum ꝙ si quidem venit certum, agitur certi condictione ex stipulatione. Si incertum, agitur actione ex stipulatu: & sic denominatur à contractu, vt Institu. de verborum obliga. in principio. & l. si quis certum. ã. si certum petatur. Ita in proposito si in obligatione literarum venit certum, agetur certi condictione ex literarum obligatione. Si venit incertum, agetur actione quadam quæ denominabitur ex eo cõtractu, vt puta actione ex literis, vel ex literarum obligatione: vt sic semper ex contractu agatur, non ex lege: vt d. l. actionum genera. §. ex cõtractu. de actio. & obli. Nec obstat Institu. de lite. oblig. in princip. vbi dicit ex numeratione. Nam ibi non producit actionem immediatè ex lege, sed confirmat vel inducit illum modum contrahendi verbis, ex quo oritur actio, vt dictum est. Aliud exẽplum est in sponsalitia largitate, quæ est hodie specialis cõtractus: vt in auth. vt sponsi. lar. in prin. posita. C. de dona. ante nup. auth. eò decursum. Dico ꝙ agitur actione ex sponsalitia largitate: vt d. §. ex contractu. Et idem, dico † vbicũq;[d] cõsuetudine vel statuto induceretur aliquis nouus cõtractus, vt agat actione quæ nascitur ex contractu, vnde ex contractu feudi inducto ex consuetudine dicerem agẽdum esse actione feudi seu ex feudo, quod idem est. Et ita intelligo hanc materiã. Et secundum præ-

dicta vides quod ad arborem Ioannis essent addendæ aliquæ actiones quas dimisit. † Prædicta vera quando ex lege inducitur actio ciuilis. Nam si inducitur actio criminalis, nõ debet dici cõdictio ex lege,[e] sed accusatio ex lege. Nam crimina non puniuntur per actionem, vt Institu. de publicis iudicijs. in principio. sed condictio ex lege est actio: ergo non datur ad puniendum crimina. Illi ergo qui dicũt quod damnatus criminaliter ex forma statuti est damnatus condictione ex lege, falsum dicunt. Dixi plene in l. infamem. infra de publ. iudic. Secundus principalis † casus est, qñ lex obligationẽ inductã declarat: et tũc aut declarat eã inductã ex æqtate alicuius certæ legis, aut ex æqtate in genere. Primo casu agit[f] in factũ actiõe vel vtili actiõe descẽdente ex illa lege,[f] scilicet cuius æqtatẽ respicit. Exẽplũ[g] supra si quapau. fe. dica. l. penul. & in actione in factum & vtili Aquili. l. item si obstetrix. ã. ad legem Aquiliam. & per multas leges illius tituli. & in l. qui seruandarũ. §. j. ij. & iij. ã. de præscrip. ver. Et sic potest intelligi l. quoties. j. de præscrip. verb. secundum vnum modum legendi ibi positum. Quandoq; declarat lex obligationem sub esse ex æquitate in genere: & tunc aut ex delicto, aut aliter. Primo casu si quidem ex aliquo delicto nominato agitur actione in factum: vt infra de fal. l. qui nomine. & j. pro soci. l. nec quicquã. Si vero est delictum nominatum: tunc si quidem cadit in dolum habet locum actio de dolo: vt l. ij. C. de dolo. & ã. de dolo. l. j. Si vero cadit in culpam, agitur actione in factum: vt C. ad exhiben. l. exhibitionis. & j. de præsc. ver. l. naturalis. §. sed si dedi. Secũdo casu quando agitur aliter q̃ ex delicto: & tunc aut ista obligatio est ad reddendum quod quis accepit: & tunc agetur cõdictione sine causa: vt l. si & me & Titium. ã. si certum peta. & l. si. eum seruum. eod. titu. Aut principaliter ad dandum: & tunc si quidẽ ista obligatio[h] oritur ex aliquo gesto verbis: & habet locũ actio præscrip. verbis, quæ largo modo potest dici in factum: vt infra de præscrip. ver. per totum. Si vero ex aliquo gesto per aliquod factum: & tũc habet locum actio in factum, cuius tenor receptus est in varijs articulis iuris: vt l. sancimus. C. de sacrosanctis eccle. Tertius casus principalis est † quando lex confirmat obligationẽ inductam: & tunc quandoq; lex confirmat obligationem directo disponendo in eam: & tunc non oritur actio ex lege seu condictio, sed oritur ex ipsa obligatione vel contractu: vt supra dixi & probatur in lege legitima.[i] de pact. & infra de verborum significatio. l. lege obuenire. Si vero non disponit directo in ipsam obligationem vel contractum, sed ob ipsam vel propter ipsam: tunc habet locum condictio ex lege: vt l. si quis argentum. C. de dona. & l. j. C. de suffra. Non enim confirmatur ibi pactum donationis directo, sed propter pactum lex producit actionem. Cõtra prædicta facit C. de arb. lege ne in arbitris. vbi dicitur agẽdum esse in factum: vel condictione ex lege, vel vtili in rẽ prout facti qualitas postulauerit: & tamen lex ibi inducit seu cõfirmat obligationem. Pro cuius declaratione debes scire quod illa lex ponit vnum casum quando partes & arbitri iurauerunt: & tunc agitur actione in factum non generali, vt gl. ibi dicit, sed in factũ ex iureiurando. Nam partes videntur iurare id esse verum qd̃ arbitri dixerint: merito non agitur condictione ex lege: quia nõ inducitur noua obligatio. & ita videtur ibi sentire Marti. Syl. postea ponit alium casum quando partes non iurauerunt, sed arbiter solus: tunc competit condictio ex lege: quia ex illa inducitur vtilis in rem, de qua ibi loquitur: ideo non facit ad propositum: quia actio in rem non præsupponit obligationẽ. Nos autem hic loquimur quando ex lege inducitur obligatio. Et per hoc etiam apparet[k] quod tractatus vtilis actionis, quæ datur ei, cui est actio cessa, vel quæ datur nobis ex contractu alterius, non pertinet ad hunc tractatum. Nam illa est simpliciter datiua, non ex obligatione: nos autem loquimur quando ex lege inducitur obligatio. Vltimo quæro an ista † actio posit cum alia concurrere. Respondeo, quod sic. textus est in lege quoties. infra de actio. & obligatio. & ideo textus hic dicit eadem lege: quia si alia lege oriretur, non impediret hanc oriri. Et sic hæc lex est multum bene examinata.

De condictione triticaria. *Rubrica.*

Glos. continuat rubricam ad præcedentia. dic vt in ea. & quęrit quare appelletur triticaria. dic vt in ea.

Si certum

1 ☞ Si certum petatur quod non sit proprium nomen actionis.
2 Condictio triticaria quare non competat pro pecunia numerata, sed pro alijs rebus sic.
3 Fratres minores accipiunt omnes alias res præter pecuniam numeratam.
4 Condicere rem suam quando quis posit.
5 Quando quis posit condicere per hanc actionem vsumfructum vel aliam seruitutem.

LEX I.

a Qvi certam. [a] Hæc condictio locum habet pro omni re, excepta pecunia numerata, siue certum, siue incertũ, siue dominiũ, siue possessio petatur. h. d. Primo † quærit vtrũ si certũ petat, sit propriũ nomẽ actionis. Certe nõ vt ã. si cer. pe. dixi in rub. & in l. certi condictio. in prin. Secundo
2 quæro † quare hæc condictio nõ cõpetit pro pecunia numerata, sed pro alijs rebus sic. Possemus forte dicere ꝙ ille, qui induxit
3 hanc condictionem fuit frater minor, † qui omnes alias res accipiunt præter pecuniam numeratam. Et licet iste ordo tempore illius legis non fuerit, erat quidam philosophus, qui erat talis cõditionis ꝙ pecuniam respuebat. Vel verius ista condictio fuit introducta pro rebus, quarum æstimatio variatur ex tempore de facili, vt videbitis j. eo. l. in hac. & l. fi. sed æstimatio pecuniæ non variatur de facili, vt l. numis. ã. de in litem iuran. ideo ad illam nõ porrigitur. Ita dicit Gul. & bene.

Rem autem. Summaui cum præcedenti. Vel magis proprie ad hunc §. summa sic: Nemo cõducit rem suam, præter quam à fure, & à violẽto possessore. possessionem vero suam amissam quilibet condicit. Vt declarem
4 hunc §. oppo. † & videtur ꝙ idem sit condicere dominiũ à fure, & condicere possessionem. Si enim habet dñium, quid aliud põt condicere, nisi possessionẽ nudã: cũ semel dñs nõ posit amplius fieri dominus, vt de acq. pos. l. iij. §. ex pluribus. Inst. de leg. §. si qs rẽ. & C. de leg. l. proprias? Pro cuius declaratione debes scire qd̃ contra furẽ & contra violẽtum est inductum ꝙ dñs condicẽdo perat rẽ suam sibi dari oportere: vt Instit. de acti. §. sic itaq;. sed si non esset dominus: nõ posset petere sibi dari oportere, sed solum sibi restitui. Et hic posset esse vnus ĩtellectus ad hũc §. vel aliter, & melius. Debemus cõsiderare cõdictionẽ ex parte actoris & ex parte rei: sed ex parte actoris condicit quis rem, hoc est, possessio nẽ ratione dominij rei quod est apud actorem: & hoc non potest fieri nisi contra furem, raptorem & violentum, vt hic, & ã. vsufr. quemadmo. ca. l. vlti. & ã. de condi. ob. causam. l. pe. ex parte vero rei semper condicitur possessio: quia ad aliud restituendum non tenetur, nisi ad ipsam possessionem: cum nec posset aliud dare: vt l. scire debemus. §. fi. de verb. oblig. Quãdoq; vero ex parte actoris condicitur possessio, nõ quia dominus, sed quia possidebat: & hoc cuilibet permittitur, vt hic, & ã. de condi. indebit. l. indebi. §. sed & si numi. tetigi vobis in l. si quis nec causam. ã. si cert.
5 peta. Quæro vtrum † vsumfructum vel aliam seruitutẽ quis possit condicere per hanc condictionem? Respon. si quidẽ ius vsusfructus vel aliud ius est promissum, tantum hac condictione potest peti. vt ã. proxime. Si vero est constitutum, non potest tunc condici: quia iam condiceret rem suam. quod non licet, nisi in casibus hic expressis. Ita videtur intelligere glossa hic, quod est notandum. Vltimo materiam condictionis possessionis vidistis plene in l. & ideo. §. Neratius. ã. titulo secundo.

LEX III.

4 tor recipiẽdo ſortem † proteſtatus eſt ſaluum ſibi eſſe ius ſuũ ſuper intereſſe, an per hanc proteſtationem ſibi ius ſuum cõſeruauerit. Iſta quæſtio reſidet in hoc, an recipiendo ſortem perdatur petitio intereſſe ratione tacitæ voluntatis vel tacitæ remiſsionis, an ex alia neceſsitate iuris; quia proteſtatio recipientis

pientis impedit illud qđ veniebat ex ſua tacita voluntate ſeu remiſsione, non aliud: vt l.at ſi quis.§.plerique.de relig. & ſum. fune.& not.in l.alimenta.C.de nego.geſt.& quod iſta petitio intereſſe perdat ex tacita remiſsione, videẽ tex.hic in fi. In contrariũ q̃ perdatur ex iuris neceſsitate, videẽ caſus in l.cẽtũ Capuæ.in fi.ſ.eo.& C.depoſiti.l.iiij.vbi dicitur q̃ perdiẽ ex neceſsitate: quia cũ ſit officiũ iudicis mercenariũ, nõ poteſt ſubſiſtere principali actione ſublata. Petrus videtur dicere q̃ nõ poſsit quis ſeruare iſtud ius per proteſtationẽ, p rationẽ p̃dictã: quia ex iuris neceſsitate hoc euenit, nõ ex tacito cõſenſu. Mihi videẽ dicendũ q̃ ſi quidẽ recipiẽs expreſsè liberaret ſoluentẽ à ſorte, proteſtãdo q̃ ſibi remaneat ſaluũ ius petẽdi intereſſe: quod tũc Petrus dicat verũ. Sed ſi nõ liberaret, ſed ſimpliciter ſortẽ ſolutã reciperet cũ illa proteſtatione, q̃ tũc proteſtatio ſibi prodeſt in hoc ſcilicet q̃ nõ videaẽ liberatus à ſorte, ſed remaneat petitio ſortis propter intereſſe. Hoc probaẽ ſ.eo.l.iij.§.item Iulianus. vbi ſolutio facta adiecto nõ liberat à ſorte propter intereſſe. Et hoc ideo: qa deficit cõſenſus veri creditoris. Ita in ppoſito, p proteſtationẽ apparet q̃ deficit cõſenſus eius: ideo remanet petitio ſortis ,pter intereſſe, vt ſ. dixi. Poſſemus etiam dicere in caſu præcedẽti qñ liberauit à ſorte, hoc acto q̃ remaneret petitio intereſſe, q̃ ſi quidẽ reus ſoluẽs conſenſit ſuper intereſſe, poſsit intereſſe peti, non ex vigore officij iudicis vel primæ actionis ſublatæ, ſed noua actione præſcriptis verbis, quę oriẽ ex quodã cõtractu innominato tẽpore ſolutionis celebrato ſcilicet libero te hoc acto q̃ habeã intereſſe: etiã ſi ſoluẽs nõ cõſenſerit, apparet q̃ ego liberaui te ſoluentẽ, nõ liberaturus ſi crederẽ te non poſſe petere intereſſe: & ſic cũ ab intereſſe ſit liberatus ſine cauſa, poſſet agi cõdictione ſine cauſa: vt reponas te in priſtinam obligationẽ, vt poſsim petere intereſſe. Verum quia ipſum intereſſe erat purum, petitur ipſum principaliter omiſſo circuitu: vt l.ſi mulier.ſ.de condi. ob cau.& quod no.in l.ſi quis accepto.eo.tit. Modò habes expeditam iſtam l.valde difficilem, vt vidiſtis.

De conſtituta pecunia. *Rubrica.*

1 ☞ *Maſculinum quòd concipiat fœmininum. & nume.3.remißiuè.*
2 *Vtilitas huius edicti eſt quòd ex pacto nudo oritur actio.*
4 *Quando tractatur de obligatione inducenda, ſi non ualet quod ago ut ago, quòd ualeat ut ualere poteſt.*
5 *Factum pro facto & factum pro dato quòd poßit conſtitui.*
6 *Debitum aliquid eſſe quomodo intelligatur.*

LEX I.

a HOc edicto.[a] Nota.textus ibi : quoniam graue, &c.

1 Ait prætor. † Maſculinum concipit fœmininũ. h.d. Quero, quia verba edicti hic poſita ſunt imperfecta, quæro qd erit vltra in edicto. Dicit glo. ſubaudi, ſoluere cogam. hoc nõ placet: quia ſecundũ hoc ex hoc edicto actio nõ daretur, ſed iudicis officiũ: cũ verba referãtur ad iudicem ſecũdũ doctrinã, quã dixi vobis in l.j.ſ.de cõdi.ex lega. erãt ergo alia verba ſcilicet iudicium dabo, & ſi. & vide plura

2 verba edicti j.ea.l.ſi duo.§.ait prætor. † Quæro, ad qd eſt vti

b le hoc edictũ[b]? Reſpõdeo, de iure cõi ex pacto nudo non oriẽ

a actio: vt ſ.de pac.l.iuris gentiũ.§.igitur nuda.ſed prætor in caſu iſto ſolo qñ quis per pactũ nudũ promiſit iſtud quod aliàs erat debitũ, cõſtituendo illud debitũ ſe ſoluturũ vult q̃ ex illo pacto, licet nudo, oriatur actio, quæ vocaẽ actio de conſtituta

c pecunia. Vnde ſi per ſtipulationẽ qs promitteret[c], nõ haberet locũ actio de conſtituta pecunia: ſed certi cõdictio ex ſtipulatione. Hoc probatur Inſti. de act.§.de cõſti. † Quæro vtrum maſculinum concipiat fœmininũ. Cy. tractat de hoc in l.qui cunq̃.C.de ſer.fug. Alij docto. ponunt in l.j.j.de verbo.ſigni. & ibi plenè dixi.

De pupillo. Nota q̃ hæc dictio quæ, refertur ad maſculos & ad fœminas maiores & minores, liberos & in poteſtate. h.d. iſte tex. &c.

Eum qui. Hic exponitur verbũ, conſtituit, licet eius expoſitionẽ latius reaſſumat. j.eo.l.qui autẽ.§.

4 conſtituere. & hoc dicit. Cũ tractemus † de obligatione inducenda, ſi nõ valet qđ ago, vt ago nõ valet vt valere poteſt. h.d. Opp. de l.Lucius Titius cũ haberet. j. depoſiti. Solu. ibi illud quod agitur valet vt agitur: & ſic nõ eſt cõtra. Opp. ſ. de trãſact. & l.poſt rem.§.fin.& de pac.l.ſi vnus. b §.pe. Sol. ibi loquitur de obligatione tollenda, & inducẽda liberatione, quod eſt fauorabile: hic de inducenda obligatione, quod eſt odioſum. Et iſtud brocardicum examinat Cy. in l.nõ codicillum. C. de teſta. Ego plenius quàm alij in l.j.§.ſi quis ita. de verbo. obli. dic vt ibi.

An poteſt. Hic incipit exponere illud verbum, debitã. & durat hæc expoſitio vſq̃ ad l.qui autẽ. §.cõſtituere. Et ne procedas in æquiuoco, hic verbũ. pecuniam, nõ exponit, ſed pro cõſtanti oẽs veteres acceperũt pecuniam c pro qualibet re. Solum ergo ad expoſitionẽ huius verbi, debitã, attẽdit. & hoc dicit. Sicut aliud pro alio poteſt ſolui: ita

5 aliud pro alio põt cõſtitui. Quero † vtrũ d poteſt cõſtitui factũ pro facto vel factum pro dato, & ſi. Io. dicit q̃ nõ, per l.q res.§. mihi decẽ. de ſol. In contrariũ eſt veritas, q̃ factum pro pecunia & pecunia pro facto, & vnũ factũ pro alio poteſt ſolui creditore volẽte, vt l.in ſtipulationib[9].§.operarũ. j. de ver.obl. ſatiſfactũ eẽ accepim[9], &c. vt l.ſi rem.§.ſatiſfactũ. j. de pig. actio.

d Debitum. [d] Debitũ intelligitur ex quacunq̃ cauſa quę

6 parit † obligationem ciuilẽ & naturalẽ, vel naturalẽ tãtũ, vel de iure prętorio ſine exceptionis obſtaculo. Itẽ ſiue ſit debitũ purè, ſiue in diem. h.d. vſq̃ ad l.eum qui.

LEX II.

Vod ſi filii. Quero, quæ eſt ratio q̃ teneat ad integra decẽ, licet minus ſit in peculio? Dicit gl. qa exceptionẽ remittere videẽ: vt l.ſed & ſi qs.§.pe.& fi.ſi quis cau. Iſta gl. nõ dicit verũ hoc caſu, cũ noĩe filij qs promittit. Nã filio nulla cõpetebat exceptio, ſed inſolidũ tenebatur: vt ſ.l.proxi.§.ſed ſi filius. ergo & pater cõſtituens pro filio inſolidũ tenebatur tenetur inſolidum, cũ nomine filij conſtituit.

1 ☞ *Tutus exceptione perpetua quòd nõ dicatur debitor.*
2 *Tutus exceptione, ſi ſciens conſtituit, an uideatur donare. remißiuè.*
3 *Quæ inducunt conditionem indebiti, quòd impediant conſtitutionem.*

LEX III.

e Vod ſi maritus. [e] Oppo. de l.nã & maritus. ſ. de cõd. inde. Sol. ibi loquitur in ſoluẽte. hic in cõſtituente.

1 Ratio ibi patet. † Opp. j. proxi.§.vbi tutus exceptione cõſtituendo nõ teneẽ. Sol. hic loquiẽ de exceptione tẽporali, vt dixi in d.l.nã & maritus. ibi de exceptione perpetua loquitur.

Si quis autem. Not.tex.ibi: quia debita iuribus, &c. Nota q̃ nõ dicitur deberi, quod exceptione perpetua poteſt defendi. Oppo. de l.qui exceptionem. ſ. de cõdi. inde. Solu. dicit glo. hæc lex debet intelligi ſecundũ illã, q̃ hic erat tutus exceptione iuriſiurãdi, & pacti, & ſimilium. Secus ſi exceptione odioſa: quia tunc idẽ in ſoluente quod in cõſtituente, quia æquiparãtur: vt ſ.eo.l.j.§.an poteſt.

2 Quæro † quid ſi tutus exceptione ſciens cõſtituit. Dicit glo. videtur donare, verũ dicit. Sed contrariũ videtur dicere. j. eo. l.hactenus. in fi. ſed ibi ſoluam. Vide hãc glo. quæ incipit ſcilicet fauorabilem. ibi: ſed quid ſi ſciens.

a ¶ Hoc edicto. In princi. huius l. ſed quid eſt fides, vide Bal. in c.j. in prin. de ca. Corra.

b ¶ Edictum. Quid ſi in dicto cõſtituto nudo pacto promittaẽ pœna, dic q̃ ad pœnã nõ oritur actio. l. Titius. j. eod. ſecundũ Bal. in rubri. C. eo. in iiij. quæſtio.

¶ Pacto nudo. Vide Iaſo. in §. in perſonã. Inſtit. de acti. vbi eſt multũ ſubtilis. & alleg. Bar. hic contrariũ iuxta ea quæ tradit in l.j. C. eo. tit. Pro quo vide concordã. eiuſdem concor. xij.

c ¶ Promitteret. Et ſi debitum nullũ præceſsiſſet: tunc oritur actio ex ſtipulatione. Ita dixit Bar. in l. j. C. eo.

d ¶ Debitum. In prin. huius §. &c. Per iſtũ tex. ſuncta l. qui autẽ. §. fi. j. eo. dicitur quod ex duplici & nudo pacto ſuper eadem re ex interuallo facto ſemp oriẽ actio, etiã de iure ciuili, patet: quia ex primo pacto inducta eſt naturalis obligatio. l.j. de pact. l. in his. §. Imperator. de ſol. Ex ſecundo pacto inducitur actio de conſtituta, vt hic, & hanc regulã ſentit Hoſti. in ca. per tuas. de arbi. & ibi clare do. Anto. idẽ ſentit in c. Quintauallis. de iu dic. facit quod nota. Bart. in l. cũ ſcimus. C. de agri. & cen. libr. xj. & quæ ſit ratio q̃ conſtitutũ nõ habet locum in ciuili tantũ obligatione, vide no. Bal. in l. pe. de nõ nupe. & fideiuſſor accedit: vt not. Bar. in l. ij. ff. de fideiuſ. Et prædictis adde q̃ imò conſtitutũ nõ videẽ pactũ nudũ, ſed contractus nominatus: vt per Bar. in l. iuris gẽtium. §. igitur nuda. ſ. de pact.

e ¶ Quod ſi maritus. In princ. huius l. &c. Vide Bart. in l. maritum. j. ſolu. matri. per Imo. plenius in l. non tantum. in princi. de re iudica.

a ¶ Destinato. Vide gl. & doct. in l. hæres absens. §. pe, alias fi. §. de iudi. & Bal. in l. cùm Archimedoram. C. vt in possess. leg.

b ❧ POMATES. ¶ No. tex. Vide Iaso. §. præiudiciales. in fi. Insti. de actio. Feli. in c. ij. col. iiij. de rescrip. Alexã. l. admonendi. col. iij. ff. de iureiu. Pa. de Ca. consi. cccxxxiij. inci. in causa crimina li. Ias. in l. pen. col. pe. C. de institu. & substi. sub condi. factis.

c ¶ Dicit iudex. condẽnote ad dãdum secundùm qd tui antecessores consueuerũt. In ista non est cõditionalis. Ex quo Bart. in l. admonendi. de iureiurã. infert ad aliã q. no. de statuto, & de dictione secundũ, an faciat cõditionẽ, vide Bal. in l. pe. C. de insti. & substi. Et hic adde Io. An. in addi. Specu. in titu. de sent. §. sequit. in prin. Adde de his verbis, put tui antecessores, Pau. de Ca. consi. cccxxiij. & de dictione secundũ, Bal. cõsi. ccxc. j. lib. & cõsil. lxx. iiij. lib. consil. cccxl. iij. libro.

d ¶ Itẽ si mihi. In prin. huius §. &c. Vide ad istum text. in versi. si actor. qd nor. Bal. in l. j. in iij. col. C. de sent. in versi. sed quæro qd in syndico. Et quãdo ex stipulatione tutoris queritur vtilis pupillo, vide in l. ij. & ibi est glos. magna. C. qñ ex fact. tut. & ibi vide Bal. & quod legitur & not. in l. pen. & fi. eod. titu. ibi hoc habet locum etiam si nito officio tutoris si in rem pupilli stipulet: aliàs nullo casu quæritur.

e ¶ Constituit. Constitui plus debito an valeat saltẽ vt donatio: & adde Bal. in rub. C. eod. in ij. col. Pro hoc facit quod dixi post Bar. in l. cuius per errorem. de regu. iur. & hic adde Pau. de Cas. in l. iuris gentiũ. §. sed cùm nulla. s. de pact.

f ¶ Qui autẽ. In princ. huius l. &c. & illum tex. cum l. seq. allegat Bartol. in l. j. in iij. qõ. de iurisdi. omni. iudi.

g ¶ In dubio. Idem voluit Bald. in rubri. de constitu. pecu. in vlti. col. & Ang. & Imol. in l. inter stipulãtem. de verbo. oblig. Pau. de Cast. & Romẽ. in l. stipulatio ista in princip. de verbo. obli. & hoc not. ad limitationem. dict. l. stipulatio ista. in princ. & adde not. per Bal. in l. si pater. C. de colla. & not. quòd si promitto tibi me curaturũ q̃ vnus tale quid faciet, quòd excusor si facio quantum in me est q̃ Titius id faciat. Et hoc vult Feder. de Sen. in cõsil. ccij. quod reassũpsit: & sequit Ant. de Bu. in c. gẽma. de spõ. & Bar. idem in consi. suo inci. maritꝰ promisit. Ad quod vide quod no. Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de do. p. mis. Pro quo vide l. si vehẽda. §. idem Iulianus. ad l. Rho. de iac. In contrarium facit iste tex. in versi. quid tũ, &c. in eo. Ver. nor. & tene mẽti. & vide gl. in l. v. §. j. de verb. ob. Adde ad quid teneatur qui promittit se facturum & curaturum. Bal. cõsi. xcvj. lib. j. incip. præponit q̃ tutor. & consi. cccxlviij. incip. præmittendum. eo. lib. j.

❧ POMATES. ¶ In dubio. vide Alexan. cõsi. x. col. ij. vol. ij. & idẽ in promissione facta in spõsalibꝰ, Bal. in l. fin. C. de non nu. pe. & idẽ in oõbus alijs spiritualibus secũdùm Ant. & Paõ. in c. literas. de spõsal. A ret. in consi. xcviij. colum. ij.

Si is qui. Oppo. debitor in diẽ, ante diem est tutꝰ exceptiõe: vt l. j. in fi. s. qñ di. vsusfru. leg. cedat. ergo cõstituendo non tenetur. Rñd. ibi ponit de exceptione perpetua: hic de temporali: & sic si bene aduertis, ea, quę inducunt † cõdictionem indebiti, impediũt constitutũ: quę condictionem indebiti non inducũt, constitutũ non impediũt. Oppo. de l. id quod. j. eo. So. ibi de debito conditionali: hic de debito in diem. Quæro, quid si alius & non ipse debitor constituit se soluturu̇m citeriori die, an valeat. dic vt in gl.

Vm qui. Varietas loci cõstitutionẽ nõ impedit n.d. Opp. de l. si qs in legatione. de iud. Gl. soluit quatuor modis, ꝓnaliter approbat primam & vltimã. la. But. iũgebat eas simul, & dicebat, ad hoc vt legatus possit tpe legationis cõueniri Romæ de cõstituta, duo requirunt, s. q̃ tẽpore legationis incipiat deberi: & q̃ solutio conferat in ipsum legationis locum. Istud primũ videt contra istũ tex. vbi dicit qd accepit in prouincia. & sic ante legationẽ cœpit deberi: & constituendo Romæ teneꝫ: nisi dicas q̃ accepit in prouincia inchoato tpe locationis. Et hoc modo posset sustineri hæc lect. quæ cõiter teneꝫ. Ad scãm dictũ oppo. de l. cõtraxisse. de act. obl. & l. iij. de bo. autho. iud. pos. vbi videtur q̃ in loco destinato [a] solutioni possit cõueniri: quia ibi videtur cõtraxisse. Dicit glo. q̃ vbi videtur contrahere iurisfictione: tñ ibi habet forũ vbi verba contractus celebranꝫ. Istud nõ est verum, vt dixi s. tit. j. l. j. vbi est casus. & in l. quero. de sol. Dic ergo q̃ hic iõ conuiniri non põt propter priuilegiũ legatiõis.

Quod exigimus. Sufficit esse debitum, licet nõ debeat qui constitui. h.d. Opp. dẽ l. si pœnę. §. j. s. de condi. inde. Sol. ego intelligo q̃ hic constituit quis quod ab alio debetur, non tanquã debitũ à se: quia tũc non valeret constitutũ: vt incontrario. Secundò oppo. quia illud qd alteri debetur, non potest quis recipiendo alteri constituì: vt l. Stichum. in fin. de dona. Solut. intellige hoc fieri creditore volente.

1 ❧ *Condemnatus ad dandum vnum per caponum secundùm quod sui antecessores fecerunt, quòd non dicatur condemnatus sub conditione.*

2 *Verba constituti quòd debeant referri ad promittentem.*

Iulianus. Per epistolam potest quis se obligare constituendo se pro debito alterius, non alium. h.d.

b Not. [b] text. in eo quod dicit, scripsi me secundùm mandatum. quæ verba, vt vides, non faciũt conditionem, sed tenetur scribens de constituto simpliciter. Quod facit ad q. dicit iudex [c] in sentẽtia, condemno † tẽ ad dandum vnum par caponũ in anno tali, fm quod tui antecessores cõsueuerunt, q̃ ista verba non faciũt cõditionẽ: imo simpliciter condẽnatus teneꝫ. Ad hoc facit l. pe. C. de insti. & substi. & quod not. Cy. de cõtrahen. stip. l. scẽm. Pro hoc optimè facit quod no. per gl. Ber. extra de off. dele. c. quoniã Abbas. vbi sunt ista verba, confirmo snia sicut iusta est in actionibus dispositiuis, quæ non faciunt conditionẽ:

c c

1 q̃ alius fideiuberet, & sic factum suum. Nota ergo † q̃ in dubio [g] g, quando quis promisit aliquem aliquid facturũ ad conseruationẽ eius quod ipse promittens debet, intelligitur promittere se facturum & curaturum, quod tene menti.

1 ❧ *Constitutũ celebratur consensu, etiã inter absentes per nuncũ uel epistolam fit.*

2 *Nuncius qũ constituit, q̃ conferat verba in personã domini. Et dño acquirit directò.*

3 *Nuncius quòd sit quoddam organum, quo mediante uox unius uadit ad alium.*

4 *Nuncius priuati nunquam potest esse generalis.*

5 *Procurator, qui facit aliquid ut nuncius, quòd non ualeat quod agit.*

Factum

a ❧ POMATES. ¶ Constituere. Vide Alex. in l. quod quis. iiij. colum. C. de procura.

b ¶ Præstat nudũ. Vide Bal. in l. j. in xviij. col. de confes. & per ea quæ hic habentur dicit no. Bald. in rub. C. de exercitatoria. q̃ prohibitus aliquem substituere, potest explicare per nuncium.

c ❧ POMATES. ¶ Et ex hoc. Vide Alexãd. cõsil. xcj. col. j. iiij. vol.

d ¶ Mandati. Et quòd nõ potest dari generalis nuncius sicut procurator, addẽ Bart. in l. j. C. de iure dominij impe. per illum text. & quod ibi dixi contra Barto. tenet Bald. in rub. C. eo. titu. ij. colum. adde Bald. in l. si pupilli. §. j. de nego. gest. & Bald. in l. multum.

e ¶ Procurator. Si procurator facit vt nuncius, nõ valet, nec potest ratum haberi. Et quomodo cognoscatur an quis cõtrahat vt nudus minister, vide Bald. in l. si ex contractu. C. quod cum eo. Et differentiam inter nuncium, & procuratorẽ, vide in Spe. de procu. §. vt autem. ver. & not. in c. quanquam. de vsur. in vj. & similiter nũquam obligatur nũcius: vt not. glo. in l. si pupilli. §. j. de neg. gest. et Bal. in l. ei qui. C. quod cũ eo. Adde Bartol. not. in extrauag. de pace Const. vbi habes q̃ nuncius etiam ignorans potest statim reuocari, quod no. et vide circa hoc pulchrũ dictum Ioan. de Imo. in l. qui bona. §. alieno. quẽ ibi refero, de dã. infec. Adde quod Bald. consil. cxxxiiij. lib. iij. dicit quòd dominus, qui est solitus ratificare contractus celebratos per nuncium bona fide, non potest dicere nullum in alio contractu bona fide gesto.

f ¶ Idonea. Per Barto. in extrauag. ad reprimendum. in versi. per nuncium, &c.

g ¶ Clarius. Vel aliter similiter, secundùm quod intelligitur per doct. in l. nemo rem. de verb. obliga.

h ¶ Hæc autem verba. In princi. huius adde Barto. in l. ita stipulatus. in vj. q. de verbo. obliga. in eodem princip. not. ad multa. & vide quod dicit Barto. in l. opus. j. loca. circa fi. Et ad declarationem huius principij vide hic omnino Paulum de cast. &c.

Factum à nuncio an possit ualidari ratihabitione.

Nuncij persona an debeat esse idonea. renuũtiuè.

Constituere. [a] Hic Iurisconsultus exponit verbum cõstituere positum in edicto. & h.d. Constitui etiam potest inter absentes interueniẽte organo: & nũcius præstat nudum ministeriũ. h.d. cum l. seq. & diuide. Primo ponit vnum dictũ. Secundo respondet tacitæ obiectioni. Secũda ibi: & licet. † Nota q̃ cõstitutum sit consensu: nec requirit solennitatem verborum. Ex hoc sequitur aliud notabile, q̃ potest fieri inter absentes per nuncium, vel epistolam, vt l. cõsensu. de act. & ob. & j. de cõtrahẽ. empti. l. j. in fi. Tertio no. † quòd nũcius confert verba in personam domini, dicẽdo sic: tu constituis te soluturu̇m domino meo: vt hic, & l. licet. ibi: per quã tibi constituitur, &c. Not. per gl. in l. multum. in fi. C. si quis alteri vel sibi. Quarto not. quòd nuncius præstat nudum [b] ministerium: quasi dicat, non quæritur nuncio: & per nuncium domino: sed directò quæritur domino. Nuncius enim est † quoddam organum, quo mediante vadit vox vnius ad alium, sicut per epistolam: & sicut aliquis loqueretur per picam aliquam seu buccinum, & hoc modo vocem suam ad alium transferret: vt hic in glos. † Et ex hoc [c] habes quòd nuncius priuati nunquam potest esse generalis: ita quo ex virtute illius generalis mandati [d] ipse descendat ad aliqua specialia: tunc enim non esset tanquã organum, sed ipse per se aliquid faceret vltra id quod dominus dixit. Et hoc videtur velle textus. s. de procurato. l. j. & per hæc verba quæ quotidie apponũtur in instrumentis, scilicet, talis fecit suum procuratorem, actorem, factorem, & nũcium specialem, prout de nuncio loquuntur, non habent effectum, nisi in his quæ specialiter inferuntur, vt ex prædictis patet. Item ex prædictis † apparet quòd si ille, qui est procurator, [e] fecit vt nuncius, non valet quod agitur: vt d. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. s. eo. l. eum qui. §. Iulianus. Item † ex hoc videtur velle Pet. & refert Cy. in l. multum. quòd illud quod quis fecit vt nũcius, nõ posit validari ratihabitione, si mãdatũ nõ præcessit. Non eẽ fuit pica vel organũ mandato nõ præcedente. Facit ad prædicta, s. q̃ speciale mandatũ præcedere debeat. l. j. in fi. & q̃ ibi no. j. de cõtrahẽ. emp. Sed cõtra prędicta opp. de l. si quis solutio. j. de vsur. & q̃ ví aut clam. l. iij. in prin. & l. q̃ meo. §. procurator. de acquir. posses. Respõdeo q̃ in illis legibꝰ nõ est nũcius: quia nõ præcessit mandatũ: vel si præcessit, nõ erit mandatũ speciale: licet in casibus illarũ legũ ille gestor negotiorũ seu ꝓcurator præstet nudũ ministeriũ: hoc est, nõ acquiritꝫ sibi nec per eũ domino, sed acquiritꝫ dño directo: sicut hic fit per nuncium, nõ tũ q̃ ibi sit nuncius. Et prædicta vera in nũcio priuati. De nũcio autẽ iudicis nõ tango hic, quia non est nostra materia. † Quero vtrũ requiraꝫ q̃ persona nuncij sit idonea [f] sicut psona ꝓcuratoris. Dic vt dixi l. si is q̃ pro emptore. de vsuscapio. in materia fictionis translatiuæ de persona ad i personã: multa alia essent videnda in materia de nuncio, quæ omitto.

¶ Contra hoc oppo. Et vide q̃ per gl. hic in verbo, constituti. no. Cy. & Bal. in l. fũ. §. penulti. in iiij. colũ. C. de iur. dot.

❧ POMATES. ¶ Tunc verba. Vide ad dicta ad Bar. cõsi. vij. Alex. l. j. §. item si ita. col. iij. quarto notabili. ff. ad leg. Falci. & consi. cix. col. pen. in fi. volu. v. & Socinus consi. cxxxiij.

❧ POMATES. ¶ Sed & si alia. Vide per istũ text. quid dicat Alex. in l. vinũ. col. iij. ff. si cer. peta.

m ¶ Mora. Nota q̃ debitor tenetur offerre pecuniam totã, & cũ interesse. Et vide latius Bal. in l. acceptã. C. de vsur. in vj. oppo. & in xvij. q. & etiam in vij. oppo. & in l. si traditio. in l. j. C. de actio. emp. in vij. quæstio. & in duabꝰ seq.

n ¶ Interesse eius. Idem tenet Paul. de cast. j. l. seq. circa princi.

Si duo. Cõstituẽdo possunt cõstitui duo rei. h.d.

k Sed & certo. In constituto potest adijci locus & tẽpus: & erit actio arbitraria. h.d. Glo. intelligit hic vbique seu quolibet loco, scilicet idoneo. Ego aliter dixi s. titu. j. l. j. Nec obstat l. eum qui. in prin. & §. j. s. eo. quia ibi nõ poterat cõueniri propter priuilegium legationis. 1

Quærit hic Gul. qd de eo qui constituit se soluturu̇m vbicunq̃ fuerit inuentus? Dic vt dixi s. titu. j. l. iij. §. si quis ita.

Ait prætor. In hoc §. Iurisconsultus refert aliqua verba edicti, quæ sequebantur post verba relata s. eo. l. j. & sunt verba talia cõiungendo cũ illis, scilicet ait prætor. Qui pecuniam debitã cõstituit: si appareat, eũ, qui constituit, nec soluere, &c. vt hic in text. Sed quia illa verba nõ sunt perfecta, quæro quid sequebatur in edicto. Dicit glos. satisfacere cogã. vel si. quicquid de re cõtingat. aduerte vt dixi s. eo. l. j. Certè si talia verba essent apposita, quæ dicit glos. non oriretur actio de constituta, sed officiũ iudicis: subaudi ergo, iudiciũ dabo, &c. Item illud quod dicit glo. quicquid de re contingit, &c. nõ est necesse quòd ponatur: quia ex verbis prædictis bene sequitur illatio, quæ statim ponitur per Iurisconsultum.

Ergo si non. Periculũ interitus pertinet ad debitorẽ post moram, quã potest purgare vsq̃ ad lit. contest. h.d. cũ l. seq. Quæro, vnde veniat illa illatio: ergo si non stetit per actorẽ, periculũ interitus pertinet ad reũ? Respon. ex verbis edicti ruditer consideratis. Videtur enim apparere reum nõ dedisse nec fecisse, nec per actorem stetisse, ergo datur in eũ iudiciũ, licet res sit perempta. Secũdò quæro, dicitur, hic reo subueniendũ: quæro qualiter ei subuenitur. Dicunt quidam de æquitate: licet de rigore sit cõtra eum. Tu dic g clarius [g] q̃ reo subuenitur iusta & vera interpretatione & declaratione verborũ edicti: quæ declaratio ponitur j. proxi. §. & licet. Alia verba ruditer considerata facerẽt contra eum.

h Hæc autem verba. [h] Istum §. summaui cũ præcedenti. & nota q̃ ista verba, neq̃ dedisse, neq̃ fecisse, debent intelligi: hoc est, ac si in mora fuerit dandi vel faciendi, quod est notabile ad multa. Contra i hoc oppo. [i] de l. in illa stipulatione, si calẽdis, de ver. obli. Solu. quãdo præcedit dispositio, ex qua inducitur obligatio de aliquo dãdo vel faciẽdo, tunc verba [k] illa, si nõ dederit vel nõ fecerit, intelligunt. id est si in mora fuerit dãdi vel faciẽdi: vt hic, & j. de ver. obli. l. si homo mortuus. & l. si pœnũ. qñ di. leg. ce. Sed si nõ præcedit dispositio, sed simpliciter ponuntur in vim conditionis: tunc verificantur simpliciter ex eo quod non est datum vel factũ: vt l. in illa. & l. hoc iure. j. de verbo. obliga.

1 *Reus quòd possit moram purgare usque ad litem contestatam.*

2 *Actor quòd dicitur esse in mora quando recusat recipere sine iusta causa. Et quæ dicatur iusta causa.*

l Sed & si alia. [l] Continuatur cũ præcedẽti: & est summata s. cũ §. ergo si, &c. Nota 1 q̃ reus † potest purgare morã vsq̃ ad lit. cõtest. Secũ- 2 dò nota † q̃ actor dicitur esse in mora [m] quãdo recusat recipere m sine iusta causa. Posset autẽ esse iusta causa, si ei nõ offertur pecunia tota, vel offertur sine interesse: quia fortè interest eius n debito loco vel debito tẽpore non esse solutum. Oppo. extra glo. illud quod petitur, semper potest offerri vsque ad sententiam, & sequeretur absolutio: vt Insti. de perpe. & temp. act. §. fina. Sed hic petitur ipsa res debita de necessitate, prout nos referimus hanc legem ad obligationem dandi. Dicit enim

a ¶ Moram, Quãdo sola oblatio sufficiat ad purgationẽ morę, ad de Bar. oĩno in l. interdum. §. fi. de verb. obli. et no. ad declarationẽ eorũ quæ not. Bart. in l. acceptã. C de vsur. et hic adde Bal. in d. l. acceptã. in xxiij. col. & in l. si traditio. in vij. q. C. de act. emp. Adde q̃ũ admittatur purgatio more, Pau. de cast. consi. cclxxiiij.

b ¶ Venire. Istud posset fortè limitari, vt dixi not. post Bar. §. de eo quod cer. lo. quo si esset verum, esse multum notabile.

c ¶ Mora. Et sic nota nõ valere productionẽ instrumentorũ parte nõ citata, nisi dat esset terminus ad producẽdũ, secundũ Bal. in d. l. qui ante calendas in addi. et in l. sancimus. in addi. parua. C. de iud. & clarè Bal. in l. si qñ. in vltã. q. C. de testib. & vide hic Bar. & est text. ibi & Bal. in l. iudices. C. de fi. instr. Et q̃ requiraẽ partis pręsentia vel citatio, tenet Ange. per illum text. in l. properandũ. C. de iud. in §. si autẽ reus. ibi: terribilis. Quod dicit ad hoc esse singulariter not. &c. Adde Rom. cõsil. cliiij. & Bald. consil. ccccxxxvj. j. lib.

d ¶ Cõpaȝere. Vide hic Pau. de cast. ad q. q̃ si nõ fecit ipsum citari, & testes produci, vel iurare fecit, an valebit testificatio, vide p eũ hic, qui etiã ad hãc q. allegat Io. And. in c. in nosę domini. de testi. j. & in regula, præsumitur. in princi.

e ¶ Notabile. De hac q. vide etiã peȝ eundẽ in l. ij. C. de temp. appel. & per Bald. in l. si qñ. per illum text. C. de testa. & in l. eos. §. apostolos. de app. et in l. fi. C. qui admit. et in l. si ita scriptum. §. Pegasus. de leg. ij. & in l. ij. si quis cau. & in c. j. quo tẽpore miles. in vsib. feu. & in auẽ. ei qui. de tẽp. ap. & per Pau. de ca. in l. si quis arbitratu. de verb. ob. per Ro. in rub. de arbi. in x. q. per Petr. de Anch. in Cle. quãuis. de appel. ibi sequitur dicta per Bald. & ibi est glo. no. in versi. primum dictum.

f ¶ Excuset. Vide hic oĩno Pau. de cast. qui no. loquit circa ista.

g ¶ Ad domũ actoris. An creditor teneat ire ad domum debitoris vel non, vide pulchrè Bal. in l. acceptã. in x. q. C. de vsur. & per do. Anto. post Imo. in c. significãte. de pigno. & per Bal. in l. j. in pe. col. C. de insti. & substi. Adde an creditor

ne q̃ dedisse, ne q̃ fecisse: ergo perpetuò poterit offerri vsq̃ ad sentẽtiam. Solu. illud, qd̃ petitur, potest offerri vsq̃ ad sententiã. Ita loquitur lex contraria: sed obligatio sola purgaret moram[a] ante litem contestatam, vt hic: post litem verò contestatam nõ sufficeret sola oblatio, sed requireretur cõsignatio & depositio, ita q̃ haberet vim solutionis. Ita ergo declaro hanc legẽ in l. si insulã. de verb. Opp. de l. magnã. C. de contrahen. & cõmit. stipu. Sol. ibi erat dies & pœna: hic dies & non pœna. qd̃ plenè dic vt d. l. si insulã. Quæro: dicit̃ hic reo subueniendum exceptione, aut iusta interpretatiõe: quid vult dicere hoc? Respõ. exceptione, qñ quãtitas fuit oblata, s. debita: vt l. qui decẽ, in prin. de solu. Iusta interpretatione, s. quando fuit oblata species debita: quo casu liberatur ipso iure.

1 ☞ *Actor, qui non uenit die statuta in loco solutionis, dicitur in mora. & nume. 5. & quando post diem statutam posit in mora constitui, nume. 7.*

2 *Difficultas quòd non excuset actorem à mora, sicut excusat reum. & de ratione, numero 6.*

3 *Actor debet ire ad locum rei, ut sibi soluatur.*

4 *Ante diem quando solui posit.*

5 *Habens terminum ad producendum instrumenta, si ultra diem termini producit, non debet citare partem; secus intra terminum.*

8 *Quando in obligatione non est dies tacita nec expressa, reus non constituitur in mora, nisi per interpellationem. Interpellatio quòd debeat fieri debitori per creditorem uel ad eius domum.*

9 *Reus uolens euitare moram & commissionem pœnæ quando debeat ire ad domum actoris cum re debita.*

10 *Si reus vult purgare moram, quòd debeat ire ad domum creditoris.*

11 *Si reus nec actor probat se fuisse in die paschatis Florentiæ ubi solutio erat fienda: quòd mora non dicitur probata per lapsum diei, & debitor tunc constituitur in mora per interpellationem.*

12 *Quando debitor & creditor uadunt ad locum destinatum solutioni, quis debet alterum perquirere.*

13 *Esse eiusdem fori an intelligatur respectu eiusdem ciuitatis, an uerò eiusdem dominij, ad hoc ut debitor debeat ire ad domum creditoris.*

14 *Si emo uinum in genere quòd expensis uendentis debet portari ad domum meam: secus si emo decem salmas uini de tali uegete uel uinea.*



Tem illa. Actor dicit̃ esse in mora recipiẽdi, si tempore debito ad locũ solutionis non veniunt. h. d. Nota † q̃ actor dicitur esse in mora recipiendi, si die statuta nõ venit in loco solutionis. † Secũdo nota q̃ licet difficultas excuset reum à mora, vt l. quod te. §. si cert. peta. tñ non dicitur excusare actorẽ, quin nõ dicatur esse in mora recipiẽdi: quod apparet hic in eo quod dicitur de actore valetudine vel tempestate impedito. Tertio nota † quòd actor debet venire[b] ad locũ rei, seu ad eius ciuitatem, vt sibi soluatur: vt ibi: petitor nõ venit, &c. Oppo. & videtur q̃ reus posit soluere ante diem: vt j. de solu. l. quod in diem. Solu. dicit glo. fateor: sed hic fortè dies erat apposita gratia creditoris: vt l. si ita relictum. §. Pegasus. de lega. ij. cũ similibus. † Ego sic dico: Si quidem quæritur ante diem posit solui: dico quòd sic cum distinctione prædicta: aut dies apponitur gratia actoris, aut rei, aut vtriusq̃. † Sed si quęritur an ante diem debitam actor sit in mora non

veniẽdo ad locum solutionis: dico quòd si sibi fieret denũciatio, quòd veniret ad recipiendum solutionem ante diem, deberet venire, aliàs esset in mora[c]: vt dicta l. quod in diem. Sed si sibi non denuncietur, non est in mora, nec tenetur comparere[d] nisi die statuta. hic est casus hic. Et hoc est valde notabile[e]: puta, dat[9] est terminus alicui ad producendum instrumẽta, vel ad faciendum iurare testes. Certè vltima die vel vltima hora termini nõ debet facere requiri aduersarium: quia ibi debet esse: & si non est ibi, est contumax: vt hic. Sed si intra terminum produceret fateor: quia potest producere: tamen debet aduersarium citari facere. Non enim cogitur esse ibi ante diem termini, vt hic: nec dicitur contumax si non est ibi: ideo requiritur noua citatio: vt in authenti. ei qui. C. de tempo. appel. Dixi in l. qui ante calendas. de verbo. obliga. tene bene mẽti text. huius legis. Secundo oppo. & videtur quòd difficultas excuset[f] à mora: vt l. quod te. §. si certum peta. & l. si vehenda. §. idem iuris. j. ad legẽ Rhod. de iac. Solu. dico † quòd excuset debitorem, vt in contrarijs: sed non creditorem, vt hic. Ratio differentiæ est, quia debitor certat de damno vitando: & ideo vbi nõ potest si bi imputari culpa, nõ dicitur esse in mora. Creditor verò certat de lucro, hoc est, de transferẽdo periculum interitus in reũ per cursum diei: meritò licet sibi actori non posit imputari culpa: tamen non potest imputari etiam reo: ideo de periculo interitus nõ tenetur, tanquã actore existente in mora. Quæro iuxta hoc, † vtrum post illam diem actor posit constitui in mora? Respondeo quòd sic, si ibi reperiretur, & res esset sibi oblata, & ipse sine aliqua iusta causa nollet recipere: tunc enim diceretur esse in mora, eo quòd nõ recepit, licet præcesserit mora, eò quòd non venit. & hoc vult sentire glo. super verbo, ad diem. Oppo. ad iij. no. & videtur quòd reus debeat ire ad domum actoris[g] ad soluendum, non actor ad domũ rei: vt l. ij. C. de iur. emphy. & l. penul. §. fi. j. de condi. & demonstra. Solu. † Quãdoq̃ in obligatione non est dies tacita nec expressa: & tunc reus non constituitur in mora, nisi per interpellationem: vt l. si ex legati causa. de verbo. oblig. Ista autem interpellatio debet fieri per creditorem ipsi debitori, vel ad domum eius, si non reperiatur alibi: vt l. si dictum. §. fin. de euict. & l. iiij. §. sed domum. de dam. infec. & j. de lib. agno. l. j. §. j. Si verò in † obligatione est dies tacita vel expressa: tunc si reus vult soluere vt euitet cõmissionem pœnæ, seu moræ per diei lapsum, vtrum debeat ire ad domũ actoris vel non, gl. hic distinguit: Aut sunt eiusdem fori: & debet reus ire ad domũ actoris: aliàs actor ad domum rei: vt hic dicitur in text. & ita obseruat consuetudo. Ita dicit glo. quod not. bene. Tu distingue latius secundum Guli.[h] Aut solutio debet fieri respectu alicuius rei, & pro aliqua re: & tunc si quidẽ creditor est eiusdem fori, in quo res illa est situata: & debet ire reus ad domum actoris: vt l. ij. de iur. emphy. & l. forma. §. si verò. j. de censi. & in authen. quib. mod. natu. effi. sui. §. si quis igitur ex qualibet. Si verò non esset eiusdem fori: tunc non tenetur ire extra locum sui domicilij. d. l. ij. argu. huius text. cum glos. Et per hoc dico quòd si ille, qui debet soluere debitum canonem pro re emphyteotica, si dominus esset alterius fori, sufficit quòd in die, in qua debet soluere, ipse in domo sua dicat, ego sum paratus soluere canonem, si esset qui reciperet: & hoc faciat scribi. Debet enim creditor ire ad eum: nõ ipse ad creditorem alterius fori, vt hic patet: nisi aliter se haberet consuetudo. Si verò solutio, quæ est fienda, non fiat respectu rei, & pro aliqua re: tunc aut illa solutio respicit tantum commodum personæ: & debet ire debitor ad domum creditoris: vt l. quod nisi. j. de oper. liber. cum si. Aut respicit cõmodum bursale & patrimoniale: & tũc aut ex hac solutione volo

teneat ire ad domum debitoris. Bal. consi. clj. & ccccxlix. ij. li. & Petr. de Anch. consil. lxxxv. & ibi an oblatio sufficiat ad faciendum partem incurrere pœnam.

¶ Secũdũ Gul. Et ad intellectũ eorum quæ hic dicuntur. vide Ino. & Io. And. in c. significante. de pign. & vide Bal. post gl. in l. vsuras. C. de sol. Et qd si solutio est destinata in domicilio debitoris, et debitor vult soluere in domicilio creditoris, vide Bald. in d. l. acceptam. in xij. q. de vsur. & in xiiij. qd si debitor ꝓmisit soluere ad domũ creditoris, qui postea mutauit domũ. Et de materia, vide etiã per moder. Instit. de actio. §. præterea quasdam. ꝑ Bar. Ange. & Imo. in l. si seruũ. §. nũc videamus. in l. cũ filius. §. fi. de verb. obli. per Roma. in l. de die. §. q. mulierem. qui satif. cogã. aliàs quid per Ang. in l. spatium. §. de eden.

ne volo aliquẽ mihi obligare, vel aliqd mihi acquirere: & de
a beo ire ad domũ creditoris[a]: vt l. cũ quidã. C. de cõdi. infer. &
l. pe. in fi. de condi. & demon. Aut volo me exonerare, ne inci-
b dam in morã[9] vel pœnã: tũc aut creditor est eiusdẽ fori mecũ:
& debeo ire ad domũ eius. Aut diuersi fori: & tunc debet cre-
ditor venire ad me. vt hic, cũ sua glo. & ideo in hoc casu sufficit
c q̃ debitor in die solutionis dicat in domo[c] sua, essem paratus
soluere, si aliquis esset qui reciperet. Ita dicit Guliel. & bene.
d Iuxta prędicta[d] † quæro, hoc est verũ qñ reus vult soluere ne
10 incidat in morã: sed quid si reus vult soluere ad purgãdã mo-
ram, in quã iam inciderat? Glo. videt̃ hic intelligere eandẽ distinctionẽ esse adhibendã. Vide glo. quæ incipit, in eũ locum. Ego dico q̃ ad purgandã morã semper debet reus ire ad domum actoris, etia si sint diuersi fori. Nam cũ reus ex mora sua iam sit obligatus ad pœnã, vel ad periculũ interitus: istã solutionẽ facit vt aliquid sibi acquirat, nõ vt simpliciter se exoneret: ergo debet ad domum creditoris accedere: vt d. l. cũ quidã. & l. pen. alle. §. Et eodẽ modo dico de actore, qui semel fuit in mora recipiẽdi, semper debet ire ad domũ rei, vt purget morã
e suã, & reum in mora cõstituat eadẽ ratione. Quæro, pone[e] q̃
f solutio debeat fieri[f] in ciuitate Florentiæ † die Paschatis: illo
11 die nõ probat reus se fuisse Florentiæ ad soluendũ. nec etiam actor probat se illa die ibi fuisse ad recipiẽdũ: vtrũ sit probata mora per cursum diei? Respon. nõ, vt l. arbiter calẽdis. §. de arbi. Quæro, quid erit postea qualiter debitor constituatur in mora? Respõ. cum illa dies esset apposita, vt interpellaret pro creditore ex eo q̃ omisit creditor illa die venire: videtur illam interpellationẽ & instantiã petendi remisisse: vt l. mora. circa prin. j. de vsur. & ideo remanet actio, ac si esset debitor sine ad iectione diei, vt cõstituatur in mora per interpellationẽ: vt l. si
g ex legati causa. de ver. obli. Quæro: creditor & debitor[g] va-
12 dunt ad locũ destinatũ solutioni: quis † debet alterũ perquire re, & vbi debet perquiri? Respõ. secundũ ea, quæ dixi §. & statim dicã in q. se. eo enim casu quo qñ sunt eiusdẽ fori, debet ire debitor ad domũ creditoris, eo casu debet debitor perquirere creditorẽ: & eo casu, quo creditor deberet ire ad domum debitoris si essent diuersi fori, eo casu deberet creditor debito
h rem perquirere eadẽ ratione[h], vt j. videbitis. Perquiri autẽ debet apud notos & eos, & apud ea loca cũ quibus & in quibus cõsueuit cõuersari vel deberet verosimiliter hospitari vel conuersari, nec tenetur eũ perquirere per loca abscõsa & inusitata: vt l. hæc autẽ. §. j. & ibi no. ff. ex qb. cau. in pos. ea. & quãdo
i appel. sit. l. j. §. adeundi. Quæro, qa[i] dictũ est §. qñ sunt eiusdẽ
13 fori vel diuersi, an † intelligãtur eiusdẽ fori respectu ciuitatis, an eiusdem respectu vniuersitatis fori, vt puta sub eodẽ præsidente prouinciæ, qui habet sub se multas ciuitates. Respon. totus hic tractatus ex bono & æquo pẽdet: vt l. quod si Ephesi. in fi. §. tit. j. & l. si seruum. §. sequitur. de ver. obli. & ideo quæ dixi §. q̃ quãdo sunt eiusdẽ fori, debet ire debitor ad domum creditoris. Sic intelligẽda sunt, si vter q̃ habitat in eadem ciuitate. Nã si debitor habitaret in ciuitate, & creditor in comitatu remoto & tædioso ad eundẽ, nõ deberet ad eũ accedere: vt §. de arbi. l. si cũ dies. §. si arbiter. ver. quid ergo. Nã cũ in dubio videatur actũ vt soluatur in loco vbi peti potest: vt l. vlti. §. tit. ij. & l. quod legatur. ff. de iudi. Peti autẽ potest in ciuitate, nõ comitatu: ergo creditor deberet venire in ciuitatem ad domum debitoris, nõ ecõtra. Prædicta vera, nisi cõditio personæ aliud induceret. Quid enim si promitteretur vel legaretur pecunia cuidam magno militi vel prælato habitãti in comitatu? Certè verosimiliter videtur actum, vt debitor ad eũ accedat: vt d. l. si cũ dies. §. si arbiter. & de lega. j. l. cũ res. in prin. ibi: vel nisi verosimiliter. & ibi not. Sed si vter q̃ habitaret in ciuitate: tunc debet ire debitor ad domum creditoris: vt hic not. Quod semper intellige, nisi ex conditione personarũ aliud diceret æquitas: vt l. ad personas. §. de iureiuran. & per ea quæ dicta sunt su
k prà. Si verò tam debitor[k] habitaret in comitatu: tunc si facilius est debitori venire ad ciuitatem, non tenetur debitor ire ad domum creditoris: quia de loco ciuitatis videtur actum vbi peti potest, vt dictum est. sed si esset ei facilius ire ad domum creditoris, quam ad ciuitatem, deberet hoc facere. & haberet locum quod hac gloss. nota. nec esset audiendus si vellet agere & facere eum attædiare, vel facere eum venire ad ciuita

a ¶ Creditoris. An emphyteota debeat portare censum ad domũ domini, vide Bal. in l. acceptam. in xij. q. de vsu. vbi tenet cõtra Bar. Primitiq̃ autem & decimæ debent portari ad domum sacerdotis. Tẽxt. est nota. xvj. q. j. reuertimini. & ibi not. quem alleg. Imo. & Ro. in l. titipul. ifita. §. inter. de verb. obli.

b ¶ In morã. Et de modo huius constitutionis & interpellationis in mora, qũ sunt diuersi fori, vide §. fi. de verb. oblig. & not. per eundem in l. si seruum. §. nunc videamus. de verb. obli.

☞ POMATES.

¶ In domo. Vide Feli. in c. ij. ix. col. & l. seq. de testi.

☞ POMATES.

¶ Iusta prædicta. Si autem non fieret ista protestatio & alio modo non probaret̃ hoc, an sufficeret? Dic q̃ sic. ita Areti. cõs. clxij. col. iij. Vide Alexã. l. non hoc. col. iij. C. vnde legi. & consil. cxx. col. fi. v. volu.

☞ POMATES.

¶ Quæro pone. Vide Alex. consi. xlj. colũ ij. iiij. volumi. & consil. lxxij. aliàs xvij. alias clxxxj. col. ij. & consi. xc. col. ij. v. volu. Alexand. consil. lxxj. in j. col. volu. ij.

¶ Debeat fieri. Vide Bar. in l. cũ filius. §. fi. de verb. obli. Dubito tñ quia videt̃ q̃ etiã isto casu debitor debeat se ostẽdere in termino, & dicere se paratum soluere, vt §. dixit Barto. nec potuit reddi ratio differẽtiæ.

¶ Et debitor. Adde quæ not. Bart. in l. nõ solum. §. morte. in fi. xvij. colũ. j. de ope. no. nuncia.

¶ Eadem ratione. Et hoc sequitur Abb. in c. significante. de pig.

☞ POMATES.

¶ Quæro quia. Ad hui? dicti declarationem vide Alexã. l. vinum. in j. col. ff. fi cert. peta. Ana. consil. v. & Bar. et ibi addita in l. mediterraneę. C. de anno. & trib. lib. x.

¶ Quã creditor. Adde quod not. Bald. & glos. in l. vsuras. C. de solu.

¶ In genere. An creditor debeat portare rẽ ad domum suam sumptibus suis vel sumptibus debitoris, peȝ Baldum in l. acceptã. in xv. q. de vsu. Et qa debeat soluere galeĩ lam, vide Bald. in l. fi. C. de condi. infer.

m ¶ Apparet. An emptor debeat portare rem suis sumptibus, vide quod not. glo. & Bar. in l. si heres dãnatus. de vi. tri. & oleo le. & in l. j. de ali. leg. & vide quod habes post Bartol. not. in l. quod legatur suprà, de iudi.

n ¶ Quod adiicitur. Hunc text. not. Bald. in rubri. in ij. colum. C. eod.

tem, arg. §. de rei vendi. l. in fundo. Prædicta vera, nisi conditio personarũ aliud induceret, vt dixi. Ea verò quę §. dixi de his qui sunt diuersi fori, cũ possit dupliciter intelligi, s. de foro ciuitatis, & de foro ꝓuinciali vt §. dixi, debet intelligi prout facilius est debitori: sicut dicimus de tpe: vt d. l. si ita stipulat[9] fuero decẽ aut xv. de ver. ob. totũ tñ hoc ex bono & æquo diriment̃dum est, vt l. qd̃ si Ephesi. §. ti. j. Quid em̃ si essent diuersi fori, tñ essent multũ ꝓpinqui: vt habitãtes in confinibus diuersarũ ciuitatũ? Certè si accederet ad domũ creditoris, esset facilius q̃ ire ad locum fori: hoc facere debet, per ea quę dicta sunt. & hoc verosimiliter videtur actũ: licet quo ad aliũ tractatũ idẽtitas & diuersitas fori aliter assumatur, vt l. fi. de præscript. lon. temp. Et prædicta oĩa sunt vera in debitore in genere[l]. Et idẽ putarem in debitore alicuius speciei, quæ sine periculo & sine sumptu seu labore portari nõ posset. Si verò esset debitor alicuius speciei vel alicuius generis subalterni: puta, si debeat decem salmas vini de tali vegete: sufficit, debitorẽ illã rem soluere vbi est: dũtamẽ dolo ipsius debitoris in locũ extraneum nõ sit trãslata: & creditor suis expẽsis & periculo faciat sibi eã portari vbi vult: vt §. de edẽ. l. prætor. §. fi. & de iudi. & l. qd̃ legatur. & j. de peri. & com. rei vẽ. l. j. §. licet autẽ. de lega. j. l. cũ res. in prin. cũ
m si. Ex hoc apparet, [m] qñ tu emis vinũ vel
14 frumentũ, † & cuius expẽsis debeat portari ad domũ tuam. Nam si emeres vinũ vel frumentũ in genere, debet portari ad domũ tuã expẽsis debitoris. Sed si in genere subalterno, vt decẽ salmas vini de tali vegete, vel de tali vinea: tunc expensis tuis vel eius, secundum ea, quæ suprà dicta sunt.

1 ☞ *Præscribens quando sit similis soluenti.*

2 *Actus, qui peruenit ad eum casum, à quo incipere non potest, quando uitietur.*

3 *Actio accedens cum alia principaliter, q̃ non sapiat naturam illius, cui accedit: secus si subrogatur.*

n Quod adiicitur. [n] Sufficit debitum fuisse tẽpore constituti: licet postea debitũ esse desierit. h. d. † Nota q̃ præscribens non est similis soluẽti. Nã si soluisset, actio prima & actio de constituta tollerẽtur. Et sic opp. de l. si pupillus. §. j. de admi. tuto. Glo. nõ soluit. Sol. præscribens est similis soluẽti quo ad quid, nõ in oĩbus. ita loquitur hic. Similis est enim soluenti quo ad dãnũ creditoris, vt in cõtrario, nisi ex facto debitoris sibi ꝓuideatur, vt hic. Ad istud opp. & vr̃ q̃ hic nõ currat pscriptio in actiõe pria, sed fuerit interrupta agnitiõe debiti: vt l. sicut. §. sed si quas. & l. cũ notissimi. in prin. de pręscri. trig. ann. Co
2 gitabitis. † Secũdo nota q̃ nõ vitiat̃ aliquid, licet puenerit ad eũ casum à quo nõ põt incipere. Contra de l. iij. de his quæ ꝓ non scrip. hab. Glo. non soluit. Dic q̃ hic actus erat perfectus & consummatus an-

a ¶ Sublata. Adde bar. in l. ybi qs. j. eo, & in l. j. ff. de nouatio.

b ¶ Si ſine. In prin. hujus. §. & c. Et intellige hic tempus habere locũ inter præſentes: ſed ſiter abſentes eſt in arbitrio iudicis. l. continuus. §. cũ ita. de verbo. obli. & Bal. ſ rub. C. eo. in ij. q. vide Inſti. de actio. §. in perſonã. Quod dicatur modicũ tẽpus, vide gloſ. magnam in Cle. j. de reb. eccle. nõ alie. ſup verbo, modicũ. Et an iſtud tẽpus decẽ dierũ ſit ſtatutũ à lege, vel ſit ſtatutũ à iudice, & cuius ſit hic effectus, vide Imol. in l. liber homo. §. decẽ hodie. de verb. obli. per Bar. in l. ita ſtipulatus. in j. q. de verb. obli.

c ¶ Mortu⁹. Vide Bar. in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. in x. opp. de verb. obli.

d ¶ Titius. vide Bal. in rub. C. eod. in iiij. q. in prin. ibi: nihil enim repugnat. pro hoc quod not. Bar. in l. nuda ratio. de dona. ĩ vltimo dicto. Et faciunt ad hanc q. not. per Barto. in l. quo enim. rem ra. ha,

tequã cueniret caſus, à quo non poſſet in choari: vt no. per Dy. in c. actus legitimi. de reg. iur. lib. vj. †Nota ꝙ actio ſubrogata non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. Nam actio de conſtituta non tollitur tempore ſicut prima. Contra. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Gloſ. non ſoluit. Dic ꝙ hæc non ſuccedit in locum alterius, imò accedit cum alia principaliter. Dixi plenè in l. j. §. hæc autem. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue.

Bene autem. Hæc actio eſt rei perſecutoria, & non pœnalis. h. d.

Vetus. Petitione ex hac actione nõ tollitur actio prima, ſed ex actione ſic. h. d. Opp. ꝙ electione tollatur: vt l. quod in hæredẽ. §. eligere. de tribu. Sol. Quãdo plures actiones, pcedunt ex eadem cauſa, vel ex diuerſis cõtrarijs, tñ tunc electione tolluntur, vt in contrario, & C. de fur. l. j. Sed qñ procedunt ex diuerſis cauſis non ſic cõtrarijs, tunc non tolluntur electione: vt hic. Opp. ꝙ actio prima ſublata[a] per conſtitutũ, cũ in dubio præſumatur nouatio ſm hæc iura: vt l. vlti. C. de noua. Sol. illud verũ qñ interponitur in ſtipulatione: ſecus in alio contractu, niſi expreſsè agatur, vt hic. Dixi vobis in l. ſingularia. §. ſi cert. pet. Probatur in l. ſi mandato meo. in fi. j. manda.

1 ☞ *Debitum purè ſi conſtituitur ſub conditione, an conditione pendente poſſit agi prima actione.*

2 *Quando aliquod onus imponitur per ſtatutũ, quòd inſpiciatur tempus impoſitionis.*

D quod. Debitum ſub cõditione poteſt conſtitui purè, ſed ſuſpenditur in conditionis euentũ: & debitum purè poteſt conſtitui ſub conditione. h. d. Oppo. pendente conditione non eſt debitum: ergo non poteſt conſtitui. Gloſ. dicit, licet hic nõ ſit debitum, fit tamen propter debitum. Non intelligas glo. propter debitum conſtitui: quia nullum debitum ſubſiſtit, ſed propter debitum, ſcilicet in conditionis euentum. Quæro, qñ debitum purè † conſtituitur ſub conditione, vtrum cõditione pendente poſsit agi prima actione. Videtur ꝙ non: vt l. pecuniã quã. ſi cer. peta. Gloſ. videtur hic dicere contrarium: quia hic actio prima non ſperatur nouari: vt §. l. proxi. in fi. quod eſt verum, niſi appareat quod conſtitutum eſſet factum animo nouandi, vt not. j. eo. l. ſi quis.

Si pater. Sufficit debitum fuiſſe tempore cõſtituti. h. d. Hãc legem inducit Guli. quòd ſi factum † eſſet ſtatutũ ꝙ quicũq; habet libram mille librarũ, teneat tenere equũ: licet libra poſtea creſcat vel decreſcat, nõ eſt curãdũ, ſed illud qd habebat tempore impoſitionis ſolum inſpicitur.

Promiſſor. In cõſtitutũ poteſt deduci æſtimatio ſeu pretium rei peremptæ poſt morã. h. d. Oppo. ꝙ æſtimatio non eſt debitum: ergo non poteſt conſtitui: vt l. j. §. debitum. §. eo. Huius timore dicunt quidam ꝙ re peremptа ſuccedit æſtimatio in obligatione. quod eſt contra l. ſi ſeruum. in fi. de verbo. oblig. Dic ergo ꝙ ſeruus eſt in obligatione, licet ſit mortuus: tamen quia executio debet fieri in æſtimatione, æſtimatio tanquã debita poteſt conſtitui. Vel dic ꝙ nil prohibet aliud pro debito conſtitui: vt §. eo. l. j. §. an poteſt.

1 ☞ *Tempus decem dierũ uidetur modicum: & in conſtituto uidetur tacitè ſtatutũ.*

b **Si ſine.** [b] In cõſtituto intelligit tacitè ſpatiũ decẽ dierũ. h. d. †Nota modicũ tẽpus decẽ dierũ. Secũdo nota ꝙ tẽpus decẽ dierum videtur tacitè ſtatutũ. Ad primũ opp. de l. ſi debitori. de iudi. & l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. §. ex quib. cau. maio. Sol. Modicum tẽpus aliter accipitur in materia illa, quã in iſta. Secundo opp. quòd nõ debet debitor venire cum ſacco paratus: vt j. de ſol. l. quod dicimus.

4 & ſi quis. §. quæſitum. ſ. ſi quis caut. Solue vt ibi. † Opp. q eſtimatio nõ faciat tranſire periculum: vt l. j. j. de æſtima. actio. & l. ſi inter virũ. C. de iur. dot. dicit gl. quando de natura contractus veniebat culpa lata & leuis: æſtimatio facit venire leuiſsimam. Sed qñ de natura contractus veniebat leuiſsima: æſtimatio tũc facit venire caſum fortuitum, vt aliquid operetur: arg. l. ſi quando. de lega. j. Ita dicit gl. hic, quã vide & ſigna. Iſtã materiã quid operetur æſtimatio, ponit Cy. C. commo. l. j. Guliel. ponit eã hic. Ego aũt in multis diſcrepo ab eis: & pro declaranda materia opp. j. pro ſoc. l. cũ duobus. §. ſi in coeũda. & §. damna. dicit Guli. ibi in cõtractu ſocietatis, in qua non põt conueniri, vt vnius ſolius ſit periculum: vt l. ſi nõ fuerint. §. j. eo. ti. meritò æſtimatio nõ facit trãſire periculũ. Hæc ſol. nõ placet: nã licet nõ poſſit cõueniri vt vnus ex ſocijs ſuſtineat periculum ſocietatis in totum, põt tm cõueniri vt ſuſtineat in aliqua

c ¶ Nunc videndũ. in princ. Et inquantum dicitur q in commodato venit dolus & leuis culpa, limita verũ, niſi commodans dicit, conſerua eã tuo arbitrio: quia tunc re perdita nõ tenetur cõmodatarius. Ita dicit ſingulariter Bart. per illũ tex. in ſimili in l. ij. de ſol. quod intelligе vt ibi dicetur.

✠ POMATES. ¶ Nunc videndum. Limita vt per gl. in l. ſi mora. & Paul. de Ca. in fin. & Iaſo. ibi. ff. ſolu. mat.

a ¶ Plerunq. Et adde nota.in l.si inter.C.de iur.dot. & qd ibi dixi per Bal.in l.si paciscenda.C.de pac.& latius p eū in l.j.in pen. & vide,col.C. cōmod. Ioan.and.in c.j.extra eo.distinguit q in cōtractib⁹,de quorū natura est vt trāseat dominium seu æstimatio operet venditionē: & tūc trāsit periculum. Casus est hoc in l.quoties. & bon⁹ rex.in l.plerūq. ff.eo.tit. & in fundo æstimato dato in dotē.In contractib⁹ verò, in quibus de eorū natura estimatio nō facit venditionē; vt in locato , & cōmodato, æstimatio non facit plus trāsire in accipiētem,q exposcat natura cōtractus:sed operabit tunc æstimatio vt sciat ptiū rei, casu quo res perderet vel deterioraret. Et dicit Abb.Sicul.in d.c.j.q ista opinio plus sibi placet q̄ opi.Bar.hic, & Accur.Pro qua et facit : qa interptatio etiā debet fieri cōtra eū qui potuit aptius dicere , vt in regula, cōtra eū, de regu.iur. lib.vj.& in l. quicqd tastringēdæ.de ver.ob di. Sed Io.and.nō rūdit ad istū tex.hic,qui loquit in cōmodato. ¶ Sed Abb.ibi dixit q intelligit hūc tex. qū accipiēs expresē pro misit se prestaturū estimatio. & ita agit loquit iste §.in fi. Secus qn estimatio fuit simpliciter facta. Idē dicit qn quis promisisset alternatiuē rem vel æstimationē,p d. l.plerunq.& in contractu dotis qn agit vt species reddat, estimatio nō facit transire periculū casus fortuiti,sed solum deterioratione rei quæ fieret dolo vel culpa viri:vt d.l.si inter virū. cū gl.& ibi Bal. C.de iure dot. & ibi etiam per Bald. quid si res quæ seruādo seruari non pōt , vt animal, vel res quæ consistit in pondere , numero, & mensura? Et istis adde Bal.in l.j.in vij. q.C.pro soc.Bart.in l. j.de æstima.actio.

b ¶ Leuissima. Vide Spe.de loca.§.nunc dicendum est.&c.

c ❧ POMATES.
¶ Præscrip.verb. Vide Are.cōsi.cvij.alias clxxj.in xj. colū. Ro. consil.cccxiiij. ad fin. & plenè Aret. consil. lxxxiiij.colū.ii. & seque.Soci.consi.xciiij. col.iij.ad finem.

d ¶ Esse certus. Adde quod Bart. in quodā suo consi.incip. commune Lisignani locauit.tenet q locator certa re:vt d.l.si nō fuerint.§. j. ideo Azo in l.j.de æstima.act.intelligit illum §. damna.secūdū distinctionē huius gl. vt vbi venit leuis æstimatio,faciat venire leuissimam. Vbi leuissima æstimatio:tūc faciat venire casum fortuitum . quod intellige vt infrà declarabo. Sed op. j. de iure dot. l.plerunque.§.fi.cū l.seq.Solu.dicit Guli. Quando q æstimanē res quæ de facili cōsumuntur:& tunc estimatio facit transire periculum:vt hic,& l.plerunq.[a] in princ. & in fi.de iure dot.& l.æstimatæ.ff. solut. mat. Aut æstimantur res,quæ non ita de facili consumuntur:& tūc est adhibenda distinctio.d.l.plerunq.in fi. vt æstimatio nō faciat venire periculū deteriorationis sed perēptionis sic, Ista distinctio nō placet,per d.l.plerunq.in prin. ibi ponit dictio,maximè,quę idē innuit in rebus quę de facili nō cōsumuntur,quod in his quæ de facili cōsumuntur. Ad idē l.quoties.de iure dot. Dic ergo q in l. plerunq. in fin. fuit dictum q redderetur vel æstimatio vel res,& sic alternatiuè:hic verò fuit res tradita æstimata simpliciter.Item opp. de l.si gratuitā.§.j.de præscrip. verb. Sol.dicit Guliel.ibi loquitur qn traditur res estimata ei,ad quem vsus non transit. Quo casu dic secundū distinctionē illius §.& l. rogasti.in prin.ſ.si cer.pet.& ibi not.Sed si traditur res æstimata ei,ad quē transfertur vsus,tūc facit transire periculū: vt hic, & d.l.plerunq.in prin.hoc nō placet, per l.j.in fi.j.de æstima.act.Ideo dic, qnq res traditur æstimata , hoc acto q reddatur æstimatio,nō res:& tūc est emptio: & tūc sine dubio periculū spectat ad accipientē vt l.necessario.in princi.de peri.& cōmo. rei vendi.Quandoq datur res æstimata, hoc acto q reddatur res,& non estimatio & tūc nō facit trāsire periculū,& commodū operatur,sed eius effectū. dic vt l.si inter virū.C.de iure dot.Quandoq res traditur æstimata , hoc acto q reddatur res vel æstimatio;& tūc aut hoc fit in contractu,de cui natura est vt in re tradita trāsferat dnium vel vsucapiendi conditio : & tunc nō facit transire periculū deteriorationis,sed perēptionis sic,vt d.l.plerunq. in fi.& hoc operatur natura alternatiuæ: quia re existētē,licet deteriorata, ipsa pōt reddi:sed perempta,nō potest reddi ipsa: ideo de necessitate deuenitur ad æstimationē.Si verò hoc fuit actum in cōtractu, de cuius natura nō est vt transferatur dominiū:& tūc idē quod qn res traditur æstimata simpliciter,vt statim dicā. Quādoq res tradit æstimata simpliciter,& de reddenda re vel æstimatiōe nil dicitur:& tūc aut hoc fit in cōtractu,de cuius natura est vt transferatur dominiū vel vsucapiendi conditio,aut non. Primo casu:aut naturę illius contractus repugnat q illa æstimatio faciat emptionē:& nō inducitur emptio,nec transfertur periculū:vt l. seruos. ſ.fami.ercisc.pretiū enim serui cū non sit hæreditariū,nō venit in diuisionē. Aut naturæ cōtractus nō repugnat : & tūc videt facta emptio,& trāsit periculū in accipiētē:vt l.plerūq.in prin.& l.quoties.ſ.alleg. & l.æstimatæ.j.solu.mat.Sicut enim ipsa res potest esse in dote;ita æstimatio eius. Quandoq æstimatio fit in contractu, de cuius natura est vt pro parte transferatur dnium,& pro parte nō,vt in societate: & tunc pro ea parte,pro qua transfertur dominiū,trāsit periculū in accipientē,vt d.l. cū duobus.§.dāna.& §.in coeūda.j. p socio. p alia verò parte,nō trāsit periculū vt d.§.dāna.nisi secūdū distinctionē quā dicā incōtinēti.Secundo casu,qn æstimatio fit in cōtractu,cuius natura nō est vt trāsferat dominiū:vt in cōmodato , locato, et deposito,&si.& ista est materia nostra. Quo casu distingue alios cōtractus ab illo cōtractu innominato,quo res æstimata vendenda traditur : vt primo casu si in omnibus alijs contractibus,in quibus dominiū nō transfertur,sed de natura cōtractus veniebat leuissima[b] culpa:tunc facit venire casum fortuitum,vt hic in text.& gl.Si de natura cōtractus veniebat leuis culpa:tunc facit venire leuissimā : vt d.l. cū duobus.§.damna.prout loquitur in ea parte,in qua dnium nō transferē.& no.in l.j.j.de æstima.ac.& hac gl.Nec obstat p dictis l.cū fundus.& l.quæro. j. loca.quia ibi instrumētū nō erat locatū:meritò per æstimationē in eo videē facta emptio , secūdū gl.& doct.Secundo verò casu,quando res æstimata traditur vendenda , dic: Aut æstimatio referē ad ipsam rē traditā prout tradita est,vel prout reddenda est: aut refertur ad rē prout est vendenda : & istud cognoscitur ex verbis. Primo casu æstimatio facit transire periculum in accipientē:vt l.j.in fi.j.de æstimatio.ac.adhibita,tamen illa distinctione,aut ex natura cōtractus veniebat leuis et facit venire leuissimam. Aut venit leuissima : & facit venire casum fortuitū:arg.huius l.& not. in d.l.j.de æstima.ac.secūdū opi. Azo.Secūdo casu æstimatio nil operatur quantū est ad trāslationē periculi,sed est aduertē dum cuius gratia celebretur cōtractus,vt d.l.si gratuitā.§.j.de præscri.ver.Aut est dubiū qualiter æstimatio fuerit facta: & in dubio respicit rē prout vendēda est nō prout est restituēda: vt d.l.si gratuitā.§.j.de præs.ver.[c] Vlti. scias † q in omnibus casibus,in quibus dixi q estimatio facit emptionē,est verū qn æstimatio est certa.Sed si dicerē sic,reddam tibi æstimationē: simpliciter re perempta contingeret liberatio: vt l.quidam. §. j.de leg.j.Ex prædictis potes esse certus[d] quando locator locat † tibi ratiociniū æstimatum:an æstimatio faciat in te transire periculum.Et certè cùm ex natura contractus nō fit vt trāsferatur dniū:talis estimatio non facit emptionem.Sed cum ex natura contractus veniat leuis æstima.prædicta faciet venire leuissimum,vt hac glo.

1 ☞ *Culpa q præsumatur quando quis res commodatas amisit:suas autē saluas fecit.*
2 *Quando quis habet diuersas res commodatas à duobus,locus est gratificationi , quas saluet.*

Quod vero senectute. Hunc §. summaui cū præcedentibus. † No. q culpa est,si quis res suas saluas fecit,commodatas amisit. & ex hoc solo presumitur culpa;vt j.de admi.tu.l.tutor secundū dignitatē.§.non est audiendus. Quærit glo.quid si res commodata erat vtilior quàm sua? dic vt in ea. Quæro † [e] quid si erant æquales vel habebat commodatas res deposita? Certè tunc locus est gratificationi,vt si non potest vtramq euadere, euadat quam vult:vt j.ad Syl.l.iij.§.ij.

1 *Qui tenetur custodire tacitè,idem si expresē agatur.*
2 *Homo seipsum custodit, & in eo non debetur tanta custodia.*

Custodiam. Summaui cum præcedentibus.h.d.Quibus casibus tacitè tenetur de custodia,
1 † idem est si expresse agatur.& hoc sequitur super verbo,indigeret.

qui allegat culpam & negligentiam conductoris, non dicitur illā probare nisi specificē probet in quo specialiter culpa vel negligentia fuerit commissa. Nam dicit q vbicunq alicui obijcitur culpa,siue agēdo , siue excipiendo, siue denunciando,nō dicit concludere, nisi certa & limitata culpa probetur de agendo. Allegat l. prætor. in princip.de iniurijs. cap.vt circa. de elect. in vj.& c. præsentiū. de test.eo.lib. de denūciando allegat quod habetur in l. denunciasse.j.de adul. l. qui aliter.§.j.quod vi aut clam.quod no.& hic adde qd notat Bart. in §.fi de me. ī eodem & c. Adde q locatori alleganti culpam incumbit onus probandi,Petr. de Ancha.cōsi.cccxlix.

❧ POMATES.
¶ Quero. Adde q ist locus gratificationi, vide glo.in l.ciues.C. de incolis.lib. x. Bal. in l. per agrum. C. de serui.& aqua. & in l. fi.commi. vel epi.& vide Bar.in l. admonendi.in vj.colū.ſ. de iureiu. Alex.in l.si Titius.in fine.de verbo. obliga. dum allegat dictum Bal.in l.quibus.C.de secund.nup. Adde contrarium tenuisse Bal.eius quod dicit in d.l.in quibus. in auc.ex testamento. C.de colla. & vide p Alexan.in l.qui filiabus.§.j.de lega.j.

a geret.No.q minus tenetur de custodia[a] in homine, q̄ in alia
2 re:quia homo ipse scit se custodire: † & ideo non debetur tanta custodia iudicialis vel conuentionalis.

1 ☞ *Quando culpa præcesit casum,quis de casu tenetur, & quando.*
2 *Positiones & articuli quomodo formentur,ut quis teneatur de casu.*

b Sed interdum. [b] Summaui cū præcedētibus. † No.
1 q quis tenetur de casu,quando culpa præcedit casum.Cōtra hoc opp.j.ad legē Rhod.de iactu.l. fi.§.j.Gl.dicit,fallit ibi,nec aliter soluit. Tu dic clarius: Quando q culpa præcedit casum,vtrū quis teneatur de casu , dic secundùm Guli.sic,Aut illa culpa cadit in moram:& tenetur de casu; vt l.quod te.ſ.si cer.petat.& l.si ex legati causa.de verbo.
c oblig.Aut non cadit in morā:& tunc [c] aut illa culpa nō est ordinata ad casum:quia ex illa culpa nullo modo potuisset casus ille contingere:& tūc non tenetur de casu:vt l. non omne. de stat.lib.facit l.si filius.§.est & alia.quod vi aut clam.Quando q culpa potest esse ordinata ad casum:quia ex ea potest cōtingere casus:tunc aut casus secutus est propter illam culpam & tunc tenetur de casu,vt hic.Aut casus nihilò minus cōtigisset,posito q culpa non intercessisset:& tunc aut culpa fuit cōmissa in non faciendo:& quis non tenetur de casu:vt l.& in totum.j.de impen.Aut fuit commissa in faciendo:et tunc aut illud factum non cadebat in delictum:& tunc non tenetur de casu:vt l.fi.§.j.j.ad leg.Rhod.de iactu.& l.si is qui.j. de act. & obliga.facit d.l.si alius.§.est & alia.quod vi aut clam. Aut illud factum cadebat in delictum:& tūc tenetur quandocunq de casu postea euenente:vt l.ita vulneratus.ad l.Aquil. secundùm Guli.tu hoc vltimum subdistingue:Aut delictum cōmitebatur circa rem ipsam:& verum dicit Guli. Aut committebatur circa vsum rei:& tunc secus:vt ſ.de condi.furti.l.qui fur
2 tum.& ibi vidistis. † Ex his habes qualiter debeas formare positiones & articulos,vt concludatur q culpa faciat quem tenere de casu.Nam quādoque debet concludi q propter culpam casus euenit:quandoque hoc non est necesse. Item ex prædictis habes qualiter debeant formari articuli ex parte rei, scilicet q casus euenisset,etiam si culpa non præcessisset,vt ex prędictis patet.

Denique. Aliàs,Idem denicq.Si commodans non patitur commodatarium vti re ad eum vsum, ad quem commodauit,tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur,tenetur commodati directa,& etiam furti.h.d.

1 ☞ *Vendita equa an videatur uenditus pullus.*
Et an sella uendito equo.remißiuè.

d e Vsque adeo. [d] Diligentia debet adhiberi in re com-
1 modata,& eius sequela. [e] h.d. Guli.format hic † duas quæstiones:vnam vtrum vendita equa vel vacca videatur venditus pullus,qui sequebatur eā.Item nunquid vendito equo videatur vendita sella. De hoc vltimo videbis in l.ædiles.§.item sciendum.de ædil.edic.

1 ☞ *Stagialia,bursæ & coronæ,quas uir mittit uxori quando eam ducit,q non uidentur donata,sed potius commodata.*
2 *Commodatarius ad hoc ut teneatur de culpa,necesse est q commodatum fiat gratia ipsius.Et forma positionum.*
3 *Commodatum in dubio præsumitur rogatu commodatarij.*

f Interdum. [f] Si commodatum fiat gratia dātis, vel eius contemplatione cōmodatarius de solo do-
g lo tenetur.h.d.Tene menti [g] hunc casum † q stagialia , bursæ
1 & coronæ,quas vir mittit vxori quando ducit eam, q non videntur in dubio donatæ,sed magis commodatæ,vt hic, vt magis ornatè ad virum accedat.& propter hoc non confirmantur morte nec debent apud vxorem remanere,nisi consuetudo aliter se haberet.Secundò not. † q ad hoc vt commodata-
h rius [h] teneatur de culpa,est necesse q commodatum fiat gratia ipsius. Facit j. deposi.l.j.§.sæpe euenit. & sic sis cautus de hoc facere positionem:quia commodasti rogatu recipientis. Vel si defendis conuentum,nitaris probare,si potes,q ille ob
3 tulit tibi illam rem.Sed quid si de hoc † nihil est probatum ex vtraq parte [e] Respondeo, præsumitur rogatu commodatarij regulariter,vt ſ.ea.l.§.commodatum autem &c.

1 ☞ *Qua actione sit agendum quando res mea est per te pignorata.*

2 *Contra non luentem rem meam per ipsum pignoratam quando agere potero.*

Nunc videndum. Si res data vt pignoret non restituitur,cōpetētibus actionibus est agendum, vel actio debet cedi sumptibus & periculo ipsius cedētis.h.d.
1 † Nota distinctionē,quādo res mea pignoratur per te,qua actione sit agendum cōtra te. Quam distinctionē ponit gl.la
2 tius.C.eo.l.pen. † Quæro, quid si nō est appositū tēpus, intra qd luere debeat qn: ego potero agere cōtra te.Gloss.dicit hic, cū diu stetit q nō luit,ī d.l.pe.C.eo.dicit,si est luitio facilis,et nōvult luere,dic vt ibi.

Si me. Culpa hominis cōmodati cū re cōmodatariū nō excusat:secus in dolo.h.d. Oppo.ad principium,q cōmodatarius nō tenetur de culpa istius nuncij missi cū re:vt l.si mei causa.j.eod. Sol.intelligas hic q ego commodaui tibi seruum cū lance,nō tamē hoc acto, vt illa res esset in custodia serui:& ideo tu cōmodatarius teneris de culpa, si fortè ille seruus nō erat ita idoneus q ei debuisset cōmitti:aliàs si iam idoneus esset,cōmodatarius nō esset in culpa : vt j. eod.l.eū q.cū l. seq.ad fi.Opp.q dol⁹ serui nō excuset cōmodatariū:vt l.rē mihi.§.ī exercitu.j.eo. Solu.hic de seruo cōmodato cū re : ibi de seruo cōmodantis, nō commodato cū re.
1 ☞ *Per appositionem custodis quando uideatur remissa custodia.*
2 *Custos carceris quod non liberetur à custodia carcerati recommendati per Potestatem,licet postea Potestas miserit ad custodiam famulos.*
3 *Scholaris quando teneatur de custodia roncini locati , si locans misit famulum.*

Si de me. Appositio custodis facta ex post facto non re-
1 mittit custodiā ei,cui res fuerat cōmodata.h.d. Oppo. † q per appositionē custodis videtur remitti custodia:vt ſ.ea.l.ver. planè.Sol.ibi loquitur quādo custodē apposuit ab initio : hic quādo ex pòst facto. Ista solutio vera est in se, vt statim dicam: tamē non congruit præcedēti §.ibi enim seruus nō fuit appositus vt custos,sed fuit cōmodatus vnà cum re. Ista enim longè inter se differunt:nam ego possum confidere de te magis quā de seruo seu famulo meo.& si cōmodo famulū & argentū, nō tamē per hoc famulū pro custode pono. Ita loquitur §.præcedens. Secundò opp. de l.si soluturus,j.de sol.de acquir.poss.l. quarundā.Sol. Dicit gl.cōtraria loquunt quādo custos fuit appositus ab initio:hic quādo ex pòst facto fuit appositus. Et secundū hoc distinctio Labeonis hic repre
f henditur per Vlpianum.& hæc opi.fuit Azo.Io.fuit in cōtraria opi.quòd per appositionem custodis indistinctè videatur remissa custodia. Et istam opi.sequuntur quidam moderni per l.si mei causa.j.eod. Nec obstat ver.ego puto.quia non corrigit dictū Labeonis:sed quia Labeo solū de periculo respōdit,& de actione nil di-
g xit:ideo per Vlpianum suppletur ibi:ego puto, &c. Tu dic q ista est veritas q distinctio Labeonis corrigitur etiā inquantū dicit de periculo.quod patet per illud
h quod dicit hic,nisi aliud noīatim cōuenit,

a ¶ De custodia. Min⁹ tenetur quis de custodia in homine quā in alia re. & adde quæ dicat fida custodia,dicit gl.in lege,ij.de seruis fugi.q ille,qui ligat diligenter,custodit. Vide latè Innoē. in c.nuper.in prin.de sentē.excom.& ibi videt q quis dicit carceratus , cui assignat vnus locus , de quo nō potsit exire.Et dicit Bart.in l.fin.C.de decur.lib.xij.q aliud est,ponere in carcerē, et aliud,sub custodia detinere. Et dicit fida custodia tenuisse,qui de eius manibus non aufugit.x.colla.de pace tenen.§.si iudex.in verbo , securè. Et de hac custodia , vide Bar.post gl.in l.si pecuniam.§.sed si acceperit. de condict. ob cau.& hic nota quòd tenetur minus custodire senem quā iuuenem. Et quādo quis dicatur carceratus,et quando non, vide in l.qui neque.ff.de verbo. signi.ante l.bonorum. ibi positam. & per Bald.in l.j.in vij. col.C.de cōfes. omnino Bal.in l.admonendi.in ix.co.de iureiur. & per Angel.in l.qui in carcerem. ff. quod metus cau.&c.

b ¶ Sed interdum. Vide Innoc.in c.ficut.de iureiuran.

c ¶ Et tunc. Adde Bar. in d.l.qui furtum. de condi.fur.q Bal.in l. pignus.in fi.C.de pig. act.per Pau.de Cast. in l.j.in princ.ſ.de eo per quem fac.erit.

d ¶ Vsqueadeo. An vēdito equo videatur vendita sella, Barto. videtur tenere q sic, per illum text.in l.eū qui.§.non solum.j.de fur. facit quod ipse no.in l.de quibus cicā finem. ſ. de leg.& vide quod dixi in d.l. eum qui &c.

e ❧ POMATES.
¶ Sequela.vide Bal. c. translato.de cōstitu.quē sequitur Iaso. in l.si extraneus. §.fi. ſ.de condi.ob cau. Vide aliam questionem hic postam per Iaso. in l.de quibus.xxxvj. col.ff.de legibus.

f ¶ Interdū. Adde qd no. Bar.in l.pe.§.j.sol. ma.& Bartol.in l.j.§. neq castrense.de col. bo.& ibi dixi.et Bal. in l.cū te.in j.& ij.col. C. de dona.ante nup. & que dixi post Bar. in l.iij.§.fin.ff.de mu. & hono.&c.

g ❧ POMATES.
¶ Tene menti. vide Felin.c.super eo.in ij. col.de testi.

h ¶ Commodatarius. vide Bart. in rogasti.ſ.si cer.petat.

a ¶ Aut famulus. An per appoſitionem cuſtodis videatur remiſſa cuſtodia. Add̃ Bal. in l.ex diui.C.loca.& ibi etiã an dominus teneatur ex mala cuſtodia,&c.

b ¶ Ad quæſtionẽ, Nota queſtionẽ et ad materiã, vide etiã Bart. in l.j.§. quẽadmodũ. ff.de lib. agno.et Bal. in d.l.ex diui.C.loc.

c ¶ Famulum ſuũ. Add̃ de Bar.s.ead.l.§.nunc videndũ.in fi.& Bar. in l. j. §. quẽadmodũ. de libe.agnoſ. Bal. in l.ædẽ.C.loca.& Ang. in l.qui Romæ.§.Callimach⁹.de verb.obl. & vide Barto.in l.j.§. quemadmodum. s. allega.

d ¶ Quod non. Dum hic dicitur q̃ dñium non põt peruenire ad plures inſolidũ facit ad q.ſi conceſſum eſt prædiũ in emphyteuſim Pet.& Martino, & cuilibet eorum in ſolidum,quid importat.de quo per Bal.in l.j.in xj. q. C. quando non pet. part. Itẽ iſtã regulã intellige in dominio irreuocabiliter acquiſito. ſecus ſi reuocabiliter, ſecundum Bal.& Ang.per illum tex.in l. ſi pluribus.de leg. j. quod eſt ſingulare ſecundum eos. vide ibi Inno.in verſic.circa prædicta dubitatur , &c. De quo vide Bar.& quę ibi poſt eum in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuſcap.&c. Adde q̃ñ eſt conceſſa emphyteuſis Petro & Ioãni & cuilibet eorũ inſolidũ,qualiter intelligat.Bal.conſi.xxix.j. lib.& conſil. c.iij.lib.

&c. Sed apponere cuſtodem non eſt nominatim cõuenire.ergo &c. Non obſtat l.ſi mei cauſa.ff.eo.& l.eum qui.in fi. quia ibi fuit appoſitus cuſtos,& res ablata à cõmodatario & data cuſtodi,vnde auferendo rem à cõmodatario liberatur à cuſtodia,imò à totali obligatione, quaſi res ſit perfectè reddita.s.e.l.iij.§.ſi reddita. Hic aũt fuit appoſitus cuſtos remanẽte re penes cõmodatariũ:ideo non videtur remiſti cuſtodia. Licet enim ego faciam cuſtodire rem meam:nõ per hoc nego quin tu cuſtodias,imò etiãvolo te cuſtodire.ita loquitur hic. Reaſſume ergo breuiter, Aut famulus[a] vel ſeruus cõmodatur ſimul cũ re,aut apponit vt cuſtos. Primo caſu ſeruua diſtinctionem præcedẽtis §. Secundo caſu diſtingue: Aut cuſtos fuit appoſitus ab initio:et videtur actũ q̃ cõmodatarius non teneatur de cuſtodia:arg.l. ſi ſolutuarus.ff.de ſol.& l.quarundã.& de iure dot. l.ſi ego.§.dotis.& locati.l. dominus horreorũ.& nau.caupo.ſtab.l.fi.§.j. Aut fuit appoſitus ex poſt facto:& tũc aut res remanſit penes cõmodatariũ: & non videt̃ remiſſa cuſtodia,vt hic. Aut penes eũ nõ remanſit:& videtur remiſſa cuſtodia:vt l. eum qui.§.fi.& l.ſi mei cauſa.§.j.ff.e. facit ad id quod no.Cy.C.loc.l.ex diui.Et prędicta faciunt † ad quæſtionẽ[b]:Poteſtas recommendauit aliquẽ in carceribus:poſtea dubitans miſit familiã ſuam ad cuſtodiam carceris:certè per appoſitionem cuſtodis non videtur remiſſa cuſtodia commentarienſi,vt hic cùm apud iſtum commentariẽſem in carcere remaneret. ſecus ſi familię traderetur:vt d.l.ſi mei cauſa. §. j.ff.eo. † Itẽ facit ad quæſtionẽ de locatore roncini,qui cũ roncino miſit famulũ ſuũ[c] vtrũ per hoc ſcholari cõducẽti videat̃ remiſſa cuſtodia.Gl.videt̃ dicere q̃ propter hoc non minus ſcholaris teneatur: vt s. vſufr.quẽad.caue.l.pen.& ibi no.Dic aut conſtat q̃ locauit famulũ & roncinũ,non aũt eũ appoſuit cauſa cuſtodiæ: & tũc negligẽtia nuncij nõ excuſat ſcholarẽ,dolus verò ſic,vt s. proxi. §.quod intellige anteq̃ ſcholaris reddat rõcinũ. Si em̃ poſteq̃ ei reddidit perijt,non teneẽ d.l.ſi mei cauſa.§.j. Aut conſtat q̃ eũ miſit vt cuſtodẽ:& tũc quia hoc fecit ab initio:ſcholaris nõ teneẽ de cuſtodia,vt patet ex prędictis,&c. Aut nihil apparet: ſed locauit rõcinũ & famulũ ſimpliciter:& tũc in dubio nõvidetur remiſſa cuſtodia:vt d.l.pe.cũ gl.s.vſufr.quemad.caue.

a ☞ Vſus quando poſſit haberi pro parte.

b In obligatione rem reſtitui quando quilibet teneatur pro parte, & quãdo inſolidum, & quando diuidua, & quando indiuidua.nu.6.

3 Declaratio ad l.ſi duo.in fin.ff.depoſiti.

4 Quod idem ſit dicere cõmuni periculo, & cõmuniter: & quilibet tenetur inſolidũ.

5 Per ius authenti.in modo conſtituendi duos reos nihil eſt immutatum, ſed in modo conueniendi: & ſic hic §.non corrigitur.

7 Obligatio rem tradi q̃ ſit indiuidua quo ad obligationem & ſolutionem.

8 Obligatio rem dari q̃ ſit indiuidua quo ad obligationem & ſolutionem, & quare.

9 In obligationibus quæ contrahuntur ad reddendum certam ſpeciem, qualiter plures teneantur.

10 Quodammodo, eſt nota improprietatis.

11 Quando plures tenentur inſolidum,an & quando dicantur duo rei.

12 Beneficium prælationis,ſcilicet q̃ prius conueniatur ille, in quem pecunia peruenit, quando habeat locum in duobus reis.

13 Qui egit commodati contra commodatarium pro re commodata deteriorata, vel furto per eum ſubtracta,quando poterit agere actione l. Aquiliæ.& nu.15.

14 Punitus pro vulnere quando poſſit etiam puniri pro cicatrice,vel alia qualitate omiſſa, quæ augeret condemnationem.

16 Vna actio quando tollat aliam.

17 Quando correus conuenitur ex facto correi quod debeat cedi ſibi actio, & inquantum.& nu.19.an fiat ceſſio,etiam ſi non habeant beneficium diuiſionis.

18 Quando conuenitur vnus ex pluribus fideiuſſoribus:ſemper debet ſibi cedi actio contra principalem,& etiam contra alium fideiuſſorem.

20 Ciuilis poſſeſſio cauſat uſuſcapionem.

21 Emphyteuta & ſimiles,dicuntur tantum naturaliter poſſidere.

Si duobus vehiculum. In obligatione primitiua,quæ ad rei reſtitutionẽ contrahitur,quilibet tenetur pro parte:quia inſolidũ ad eos peruenire non põt.In obligatione verò ſecũdaria quę cõtrahitur ratione doli vel culpæ quilibet tenetur inſolidũ: quia pro parte non põt delinqui:& ſi agit cõtra vnũ ex facto alterius,ei actio cedi debet:quia ſi cõtra iſtum ageretur,actio pro rata tollereẽ.h.d.Diuide,quia primò quæritur qualiter plures cõmodatarij obligẽtur obligatione primitiua,quæ cõtrahitur ad rem reſtituẽdã.Secundò loquitur qualiter cõtrahatur obligatio ſecũdaria ratione doli vel culpæ vtrocq; delinquẽte.Tertiò loquitur quãdo vnus tantũ deliquit.Secũda ibi:ſed verius. Tertia in l.vnde quæritur.ver.ſed ſi legis.& quælibet iſtarum partium ſubdiuiditur in plures,vt apparebit in poſitione caſus.In hac parte primò ponitur thema & quæſtio.& eſt clara.

1 † Sequitur ver.& ait.hic arguit q̃ non[d] teneantur inſolidum:

d & ponit tantũ probationem minoris.vnde forma argumentũ ſic:Obligatio quæ re contrahitur nõ põt in plus cõtrahi vltra q̃ res peruenia:vt C.de non nu.pecu.l.cum vltra.Sed dominiũ vehiculi vel poſſeſsio non põt peruenire ad plures inſolidum,ſed pro parte:ergo non tenentur inſolidum, ſed pro parte.Sequitur ver.nec quenq̃.hic reſpondet cuidam obiectioni quæ fiebat contra obiectionem prædictam,quã ſic forma: plures poſſunt eſſe domini vnius fundi:ſed non ſunt domini pro parte:quia nulla pars eſt,quã quis poſsit dicere ſuã: ergo ſunt domini inſolidũ.Ad hoc reſpondet Iuriſconſultus q̃ licet ſint domini certæ partis quæ poſsit ad oculũ demonſtrari: tn̄ ſunt domini totius fundi pro parte indiuiſa,quæ non põt ad oculũ demonſtrari.pro parte ergo demonſtrabili non ſunt dñi inſolidũ vide literã.Sequitur ver.vſum aũt balnei.hic allegat q̃ teneant inſolidũ.& forma argumentũ ſic:In commodato cõceditur vſus non dominiũ,vel poſſeſsio: ſed vſus vnius rei põt eſſe apud plures inſolidum.Nam platea ego vtor inſolidũ ſeu in totũ,& tu in totũ,& ſic de ſingulis.Idẽ in balneo vel porticu,& ſimilibus:ergo plures cõmodatarij obligantur inſolidũ. h.d.nõ tn̄ ponit niſi probationẽ minoris propoſitionis.Sequitur ver.verũ.hic Iuriſconſultus reſpondet ad argumẽtũ proximè factũ,ex quo apparet declaratio quæſtionis ſeu eius determinatio.& dicit ſic:Fateor q̃ in platea,balneo,theatro,et alijs locis amplis plures vti poſſunt inſolidũ:ſed quęſtio noſtra p̃ponitur,in vehiculo paruo,in quo ego ſedeo,tu nõ potes ſedere.& ſic plures inſolidũ non poſſunt vti vehiculo:ergo remanet q̃ nec ratione dominij,nec ratione poſſeſsionis, nec vſus, plures tenentur inſolidũ.h.d.vide literã.Sequitur verſi.ſed verius.hic incipit ſecũda pars,in qua loquit̃ de obligatione ſecũdaria ratione doli vel culpæ , in qua forma caſum ſic. Vidi q̃ nõ obligant̃ inſolidũ ad rẽ reſtituendã,ſed in cõmodato & locato cõtrahit̃ negligẽtia ſeu obligatio rõne negligentiæ,doli, vel culpę:an ad iſtã tenebitur quilibet inſolidum vel pro parte. Reſpondet Iuriſconſultus,Culpa & dolus non põt cõmitti in re pro parte.nec diligentia põt adhiberi pro parte:et ideo in iſta obligatiõe quilibet tenet̃ inſolidũ.h.d.Ex quo infertur q̃ erũt quodãmodo quaſi duo rei debẽdi.Ex hoc ſequit̃ aliud q̃ vnius ſolutio liberat aliũ.Item ex prædictis ſequitur aliud, q̃ vtrq̃ cõpetat actio furti inſolidũ:quia vtriuſq̃ inſolidũ intereſt:& altero agẽte tollit̃ actio contra alterũ.h.d.vſq̃ ad l.vñ quærit̃.Sequit̃ lex,vnde quæritur.in qua format̃ vna quæſtio circa præmiſſa,quæ eſt clara.& quidã habent in litera cõuenire,& quidã cõueniri.quælibet litera eſt bona,vt infrà dicã.Sequitur verſi.ſed ſi legis.hic incipit tertia pars,in qua loquitur quando vnus tantum deliquit.& diuiditur in tres partes. Prima quando conuenitur ille qui non deliquit. Secunda quando conuenitur ille qui deliquit. Tertiò ponitur quędam limitatio præcedentis dicti.Secunda ibi:nam & ſi. Tertia ibi:niſi fortè.Caſus in terminis eſt clarus:ideo videas p̃ teipſum. Ad primũ dictũ opp.& videt̃ q̃ vſus pro parte haberi nõ poſsit,vt

2 s.de vſu & habi.l.vſus pars.Sol.prout † vſus refertur ad ius:& non põt haberi pro parte.Sed prout referẽ ad factũ,ſic, vt hic. Ita dicit gl.hoc nõ videtur verũ:quia hic iura incorporalia iudicantur

dicantur diuidua & indiuidua ſecundùm naturã eius quod in ipſo iure deducitur:vt l.iij.§.Cato.de verb.oblig.Si ergo ipſe vſus ſecundũ factũ eſſet diuiduus,eodẽ modo eſſet reſpectu iuris. Dic ergo,aut vſus refertur ad perſonã:& tunc nõ poteſt in parte diuidi,vt in cõtrario. Aut refertur ad rẽ:& põt eſſe vſus partis rei.ita loquitur hic. Oppo.& videt̃ q̃ in parua re poſſit eſſe vſus pluriũ inſolidũ, vt l.riparũ.s.de re.diui.& ff.de via pub.l.viam publicã. Sol.fateor q̃ iuris permiſsione põt permitti vſus pluribus, non tn̄ vtetur quilibet inſolidũ in re parua.Sed quãdo vſus vnius per vſum alterius incõmodatur, eſt melior cõditio occupantis:vt l.ij.§.j.ff.ne quid in loco publ.& hoc in rebus publicis,de quibus loquit̃ hic:in rebus verò priuatis qualiter plures poſſunt vti inſolidũ,dic vt l.ſi ædes.s.cõmuni diuid.& per Dy.in c.in re cõmuni.extra de reg.iur.ī vj.

Venio ad ſecũdam partẽ.hic in ver.ſed verius.dicit̃ q̃ tenetur inſolidũ s.proximè dictũ eſt cõtrariũ,quare male dicit gl. quod dictũ eſt vſq̃ huc, eſt dictũ allegãdo.& ī hoc ver.reſpõdet q̃ quæſtioni.& hoc tangit̃ in ſecũda glo.huius §.ſup̃ verbo, & ait,&c. Veritas eſt q̃ in prima parte loquit̃ de obligatione primitiua,quę cõtrahitur ad rem reſtituendã.& ad illã reſpõdet q̃ quilibet tenetur pro parte, vt eſt dictũ. Hic loquitur de obligatione ſecũdaria,quæ cõtrahitur ratione doli vel culpæ. & hoc ſtatim declarabitur in ſequẽti contrario. Opp.ad iſtũ ver.& videt̃ q̃ quilibet teneatur pro parte:vt l.ſi duo.in fin.ff. depoſi.dicit glo.fateor q̃ quilibet teneẽ inſolidum ad rem reſtituendã:tamen ſi non reſtituit,ad intereſſe fit condemnatio pro parte tantũ,vt in cõtrario. Videas glo.quæ eſt difficilis,& in multis eſt ſumpta ex ſumma Azo.C.eo.& eſt iſta glo.ſuper verbo,habebunt̃.iſtud quod gloſ.dicit q̃ ad rem reſtituẽdam quilibet tenetur inſolidũ,eſt contra principiũ huius §.vt dixi. Non enim teneẽ inſolidũ,niſi ſit actum,vt dicitur hac eadẽ gl. in fin.& ff.depoſi.l.j.§.ſi apud duos.& ibi not.& eſt expreſſus text.C.loca.l.ſi diuiſa.& ff.loca.l.cùm apparebit.& l.eandẽ.de duob.reis.quod apparet:quia iſta obligatio ad rem reſtituendam diuidit̃ inter hæredes p̃ hæreditaria portione.vt s.eod.l. iij.§.hæres.ergo eadẽ ratione diuiditur inter plures cõmodatarios. Dic † ergo ad declarationẽ d.l.ſi duo.quæ ſignat̃ pro

3 contraria q̃ hic loquitur de obligatione ſecunda,quæ cõtrahitur ratione doli vel culpæ:quo caſu quilibet tenetur inſolidum,vt hic,& in prima parte huius legis:in obligatione verò primitiua ad rem reſtituendã quilibet tenetur pro parte,vt ſuprà dictum eſt.tamẽ licet pro parte teneatur præſtatio partis, non præſtat liberationẽ.& ſic eſt indiuidua quo ad ſolutionẽ: vt d.l.ſi duo.Sed ſi peruenianturad intereſſe:tunc erit diuidua, etiam quo ad ſolutionem: vt l.contraria.Oppo.& videtur q̃ in obligatione ſecundaria quilibet teneatur pro parte:vt ff.eo.l. rem mihi.§.in exercitu. Sol.dicit gloſ.& bene,ibi fuit actũ vt quilibet teneretur pro parte.dixi enim, communi periculo,vt

4 ibi patet. † Ex qua glo.nota q̃ idem eſt dicere,cõmuni periculo:&,cõmuniter quilibet teneat̃ pro parte. Vide iſtam glo.

Item oppo.duo rei non conſtituuntur, niſi hoc agatur, vt in auf.de duo.re.in prin. Gloſ.dicit,concedo q̃ iſta lex eſt hodie correcta:nec enim tenerentur vt duo rei,niſi hoc eſſet actum.

5 Iſta glo.dicit † peſsimè:nam per auf.illam nil eſt immutatum in modo conſtituendi duos reos, ſed ſolùm in modo cõueniendi:quia inductum eſt hodie beneficium diuiſionis,vt plenè dixi in l.ij.& l.reos.§.cũ in tabulis.de duo.reis.& doct.in auf. hoc ita.C.de duob.re.vnde iſta lex remanet ĩcorrecta.Sed tenendo opin.glo.q̃ corrigatur opp.vt recitem glo.quia auf.de duobus reis.loquit̃ de his quæ diuidua ſunt.quod patet:quia inducit beneficiũ diuiſionis.Sed iſta obligatio rem reſtituti eſt indiuidua:quia pro parte ſoluí nõ poteſt:vt d.l.ſi duo.ergo hic nihil immutatur.Solu.dicit glo.illud quod dicitur q̃ hæc obligatio eſt indiuidua,eſt verũ,ſi hoc actum ſit:aliàs ſecus:ergo ſi ſimpliciter promittitur, eſt diuidua.Et ſic poteſt corrigi per auf.de duo.re.& in hoc reſidet glo.vide eã. Et ſic vides quòd finis huius gloſſ.contradicat principio.& dicit verius hic pro-

6 ut ſe refert ad obligationem rem reſtitui. Nam diuidua † eſt quo ad obligationem, & indiuidua quo ad ſolutionẽ, vt dixi. Sed contra hoc oppo.de l.ſtipulationes non diuiduntur. in princ.de verbor.obliga.vbi dicitur q̃ etiam non recipit diuiſionẽ ipſa obligatio,prout loquitur de obligatione rem tradi. Gl.hic,vt vidiſtis,tenet q̃ hic fuit actũ q̃ quilibet teneret̃ in ſolidũ.Idem no.in l.j.§.ſi apud duos.ff.depoſi.quod eſt diuinare:

7 & cõtra illũ tex.Dic ergo † q̃ obligatio rẽ tradi,eſt indiuidua quo ad ſolutionẽ & obligationẽ:ſed obligatio rem reſtituti,eſt diuidua quo ad obligationẽ,& indiuidua quo ad ſolutionem:

8 vt d.l.ſi duo.Ratio,quia † obligatio rẽ dari eſt diuidua quo ad obligationẽ & ſolutionẽ:quia põt quis præciſè cõpelli ad dãdum:vnde non põt deueniri ad illud inconueniens, ſcilicet q̃ vnus ſoluat partẽ æſtimationis,alter partẽ rei creditore inuito.Obligatio verò rẽ tradi,dicitur indiuidua vtrocq; reſpectu. Ratio,quia in ea ſtatim poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe:vt d.l.ſtipulationes non diuiduntur.& ideo ſi vnus traderet partem,alter liberaretur ſoluendo partẽ intereſſe.quod eſt abſurdũ:vt l.in executione.§.pro parte.de verb. obli. Sunt etiam alię rationes quare dicta obligatio dicitur indiuidua,vt dixi in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.ſed obligatio rem reſtituti eſt tertia ratione ſeparata ab his:nam in ea põt quis pręciſè cõpelli ad reſtituendã,nec ſuccedit obligatio ad intereſſe, niſi cùm deſijt poſſe reſtituí:vt l.in re furtiua.s.de cõdi. fur.& ibi dixi plenius in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Vnde ex eo quod poteſt præciſè cõpelli ad reſtituendũ,dicitur diuidua reſpectu obligationis:quia non põt deueniri ad illud inconueniens:et ex eo q̃ re perempta poteſt ſuccedere obligatio ad intereſſe,dicitur indiuidua reſpectu ſolutionis.Et hoc dixi plenius in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.Oppo. & videtur q̃ in obligatione ſecundaria non teneatur inſolidum: vt ff. depoſi.l.j.§.ſi apud duos.Sol.hic loquitur qñ vterq̃ deliquit: ibi qñ alter tantùm.Contra hoc oppo.de l.vnde quæritur.verſ.ſed ſi legis.ff.proxi.Sol.ibi alter tãtum deliquit faciendo: ſed etiam alius deliquit negligendo.Vnde quilibet poteſt dici deliquiſſe:ideo quilibet tenetur inſolidum: vt ibi videbitis.Reaſſume

9 † ergo breuiter in iſtis obligationibus quæ contrahuntur ad reddendam certam ſpeciẽ,qualiter plures teneantur: Aut loqueris de pluribus principalibus:aut de pluribus hæredibus vnius principalis.Primo caſu aut loqueris de obligatione primitiua ad rem reſtituendam:& tunc quilibet tenetur pro parte:niſi ſit actũ q̃ inſolidum teneantur,vt hic in prin.& C.loca. l.ſi diuiſa.& ff.loca.l.cùm apparebit.& de duo.reis.l.eandem. in princ.licet teneatur pro parte:tn̄ ſolutione partis non contingit liberatio.l.ſi duo.ff.depoſi.Si verò de obligatione ſecũdaria loqueris:& tũc aut eſt actũ q̃ quilibet teneatur pro parte:& tenebitur pro parte:vt d.l.rem mihi.§.in exercitũ.ff.eod. Aut q̃ quilibet teneatur inſolidum : & non eſt dubium q̃ teneatur inſolidum:vt d.l.eandẽ.in princ. Aut nihil eſt dictũ:& tunc aut ambo deliquerunt,& quilibet tenebit̃ inſolidũ quaſi duo rei,vt hoc ver. Aut alter tantũ deliquit:& ille ſolus teneẽ, vt dixi s.& dixi in d.l.j.§.ſi apud duos.ff.depoſi. Si verò loqueris de pluribus hæredibus vnius principalis : & tũc aut teneatur actione bonæ fidei,aut ſtricti iuris.quod dic vt l.iij. §. hæres.s.eo.& hæc de obligatione primitiua. De obligatione verò ſecundaria dic vt in d.l.j.§.ſi apud duos.ff.depoſiti.& in d.l. ſi duo.in prin.eo.tí.Circa prædicta dubitatur quare tex. hic di

10 cit,quodam modo duo rei habebuntur:quia dictio † quodam modo:eſt no.impropriętatis.Rñd.quia ſi expreſsè eſſet dictũ, quilibet teneretur inſolidũ,etiã ſi vnus tantũ deliquiſſet.quod

11 aliàs non eſt:vt modo dixi.Item dubitatur † an ſemper cũ plures tenentur inſolidum,dicantur duo rei. Reſpon. ſi tenentur inſolidum ex natura rei in obligatione deductæ,quia indiuidua non dicuntur duo rei,niſi hoc ſit actum,vt l.rem hæreditariã.ff.de euic.& facit quod no.in l.ij.§.ſi tamen hominem. ff. de verb.obli.per gl.& doct.& effectus eſt magnus ; quia cum non ſunt duo rei,non habebũt in eis locũ quæ de duobus reis dicuntur,videlicet q̃ pactum factũ vni proſit alteris , & ſimil. & q̃ mora vnius nocet alteri,& ſimil. Venio ad ver.& ambobus.& opp.Inſti.de obli.quæ ex delic.naſc.§. quæ de fullone. & C.de fur.l.manifeſtiſsimi.§.ſed cùm in ſecundã.Solu.fateor q̃ hodie eſt in electione dñi vtrũ velit agere cõtra furẽ vel cõmodatariũ. Venio ad l.& alterutro.& opp.q̃ factũ vnius non põt tollere actionẽ alterius:vt l.Stichũ.in fin.de noua. Sol. hic ſunt quodam modo duo rei,cũ quibus inſolidũ cõpetit actio contra furẽ:ideo vnius factũ tollit actionẽ alterius:vt l.ex duobus.ff.de duo.reis. Venio ad l.vnde quæritur.prout eſt in lite-

a ¶ Contra iſtam literã opp. hic dicitur ꝙ vn⁹ ex reis. vel dicas ꝙ hoc beneficium ſit generale. Idem tenet Bar. in l. iiij. verſ. ſextò quæro. & verſ. ſeptimò quero de duobus reis. & ibi alij. ꝓ qua lege ponit Barto. eſſe text. in l. cũ in plures. §. veſtimenta. j. loca. vbi vide. & quod no. Bar. in l. bona. de iure fiſ. & in l. quia poterat ad fin. j. ad Trebel. Adde ꝙ ſi ſubſtituo aliquẽ meo periculo & ipſe in aliquo deficit, ſuo defectu nõ teneor. l. ad ſimilitudinẽ. & ibi Bal. C. de a epiſco. & cleri. & ad Bart. hic adde caſum ſingularẽ in d. l. cũ in plures. §. veſtimenta. j. loca. & ibi vide Bar. Item in eo. verſ. an ex duob⁹ reis ille ſit primò excutiendus, ad quẽ pecunia peruenit vide text. no. & ſingularẽ, & ibi Bart. in l. cum in plures. §. veſtimenta. j. loca. &c. Adde an primò ſit excutiendus ille, ad quẽ pecunia peuenit, Ro. conſi. cxiiij.

b ¶ Factũ vnius. vide per Ang. & Imo. in l. iiij. §. Cato. in xij. col. de verb. oblig.

c ¶ Alter ſocius. Adde ꝙ idẽ tenet Ang. in l. iiij. §. Cato. & ibi Imo. de verb. obliga.

ra, conuenire. & oppo. ſine actione nemo experiri. l. ſi pupilli. §. videamus. ſ. de neg. geſt. Sol. dicit glo. fateor ꝙ hic nõ poterit agere ille cõuẽtus, niſi ſibi ceſſa actione. Item opp. de l. fi. §. ſed cum in ſecundã. ſ. alleg. & j. loc. l. is qui. Sol. dicit gl. cõcedo ꝙ aget ſolũ ad intereſſe ſuũ, non ad pœnã quã ille exegit: & ſecundum hoc aduerte, quia actio cõmodati eſt illa quæ cedit. Itẽ oppo. ad idem quod modo dixi de l. ſi pignore. j. tit. j. vbi cõtra creditorem agitur etiã ad pœnã. Solu. aliud in creditore quã in cõmodatario & conductore. Ratio ibi patet: ſed prout hic eſt litera, cõueniri, ceſſant prędicta cõtraria: et eſt ſimilis ad hũc caſum. l. ſi dubitetur. j. reſpon. de fideiuſ. Sed contra iſtã literã oppo. [a] hic dicitur ꝙ vnus ex reis habet hoc beneficiũ ꝙ cõueniatur prius alter, ad quẽ pecunia peruenit. contrà, quia hoc beneficiũ habent ſolum fideiuſſores, per auẽ. præſente. C. de fideiuſ. non aũt cõpetit duobus reis. Huius timore dicit Azo: fateor ꝙ illa lex, ſi dubitetur loquiẽ in fideiuſſore: hic in duobus reis. & ſecundùm hoc iſta litera, cõueniri non eſt bona. Tu dic ꝙ imò eſt bona. Et eſt ſciendũ ꝙ plures rei quandoq; conſtituuntur ex conuentione: & in illis põt dicere verũ Azo. Quandoq; ſtatuuntur ex quadam neceſsitate: vt in pluribus tutoribus: & tunc habẽt beneficiũ prælationis. Nã ille, qui nõ geſsit, põt petere vt prius conueniatur ille qui geſsit. Ita in propoſito: nã iſti hac obligatione ſecundaria tenentur ex quadã neceſsitate: quia pro parte cuſtodia adhiberi nõ põt. j. depoſi. l. j. §. ſi apud duos. & æquiparanẽ pluribus tutoribus, vt ibi: meritò habent hoc beneficiũ, ꝙ prius conueniatur alter, qui egit contra furem. Vel dic ꝙ hoc beneficiũ ſit generale in omnibus duobus reis: vt ſi volo dicere, conueniãs prius correũ meũ, ad quem tota pecunia peruenit toto periculo, ꝙ poſſum audiri, vt hic: nec eſt aliquid quod repugnet. Nã contraria loquuntur, qñ ſimpliciter petebat diuidi, nec aliũ correũ conueniri: nec allegabat hoc, ꝙ ad eũ pecunia vel res perueniſſet, vel ꝙ poſſet cõueniri. & hoc tetigi in l. iiij. §. j. de duo. reis. Venio ad tertiã partẽ, ſcilicet ad ver. ſed ſi legis. Antequã veniã ad cõtraria: quia q. formata in principio nõ ſoluit: quæro an conuẽto debeat actio cedi. Glo. rñdet ꝙ ſic: & dicit ꝙ cedetur actio legis Aquiliæ, non aũt actio cõmodati: quia proprio nomine conueniri. Tu dic ꝙ etiã actio cõmodati poterit cedi: vt hac eadẽ lege, in prin. prout eſt litera, cõuenire. Oppo. b premiſſæ reſponſioni, & videẽ ꝙ factũ vnius [b] alteri cõmodatario non noceat: vt j. eo. l. ad eos. Duæ ſunt ſolutiones. Prima c ꝙ hic potuerit præcauere, ne alter ſocius [c] hoc faceret: aliàs ſecus, vt in cõtrario, & j. loca. l. ſed & de dãno. Alij dicunt ꝙ hic in damno dato, à ſocio: ibi ab extraneo. Hęc non eſt vera, per l. mora. in fi. j. de vſur. vnde tene primã. Opp. ad fi. legis noſtrę 13 de l. qui ſeruũ. §. fi. de act. & obl. vbi dicitur † quod qui agit cõmodati, nõ põt agere l. Aquil. in eo qd̃ plus eſt in repetitione triginta dierũ. Sol. quidam habent ibi literã affirmatiuã: & ſic concordat cũ iſta: tñ illa nõ eſt bona litera, nec cõis. & hoc patet ex libris antiquis, ſcilicet Pandectis: quas ad hoc perſcrutatus ſum. vnde remanet contrariũ. Dicũt quidã, hic loquitur de æquitate: ibi de rigore, ſecundũ hanc iſta quæ cõtinet æquitatẽ ſcriptã corrigeret illã: ſed certè potius illa, tanq̃ poſterior deberet iſtam, tanq̃ anteriorẽ, corrigere: nec patet quæ æquitas magis mouerit Iuriſconſultũ hic, quã ibi. Vnde alij dicunt ꝙ ibi loquitur qñ in ſecũda nõ eſt plus q̃ in prima. ſed hoc niſi hil eſt dicere. Sed ibi poniẽ pro cõſtãti, ꝙ etiã ſi eſſet plus, non duraret. Vnde alij, vt Io. dicũt ꝙ hic põt agi lege Aquilia in eo quod plus eſt ex repetitiõe triginta dierum: & hanc opi. tenet Pet. quæ põt eſſe vera. Vnde quidã dicũt ꝙ ratio eſt: quia illud

quod creſcit per inficiationẽ, venit iure actiõis: illud quod creſcit ex repetitione triginta dierũ venit officio iudicis: meritò non põt durare principali ſublato: vt l. centũ Capuæ. ſ. de eo quod cer. lo. hoc eſt falſum: quia totum venit iure actionis ex expreſſa diſpoſitione legis Aquiliæ, vt l. ij. ad l. Aquil. et l. ſi ſeruus ſeruũ. §. tertio aũt capite. e. ti. Sed rationem verã do vobis ego, qñ agitur in eo quod plus eſt propter inficiationem videẽ agi ex nouo capitulo, ſ. quia negat: de quo in primo iudicio cũ actũ fuit cõmodati nulla eſt facta mẽtio: meritò põt agi: vt C. de iudi. l. licet. ſed qñ agitur ad id quod venit ex repetitiõe triginta dierũ, agiẽ ex eodẽ facto nullo ſuperaddito: vnde nõ videẽ poſſe agi: vt l. ſi cũ tibi. C. de iudi. ita intelligaẽ d. l. ſi ſeruus. Et ſic intelligendo, hæc lex facit: imò videẽ quaſi caſus illius 14 quæſtionis. Si aliquis eſt punitus de eo † ꝙ aliquẽ percuſſerit, nec eſt facta mẽtio de cicatrice, an poſsit iterũ procedi ex eo ꝙ in pœna plus eſt propter cicatricẽ: & idẽ in qualitatibus ſimilibus. Et hic videẽ tex. ꝙ ſic, ſi de ea nõ eſt facta mentio in primo iudicio. Hanc quæſtionẽ plenè examinaui in l. ſenatus cẽ 15 ſuit. de accuſ. Alij dicunt † ꝙ hic per actionẽ cõmodati cõſecutus eſt medietatẽ: aliã medietatẽ cõſequi poterit actione commodati, vel lege Aquilia, &c. Iſta eſt vera in ſe per d. l. centum Capuæ. in fi. tamen diuinatio eſt: vnde alij ſoluunt vt iſte verſ. niſi fortè. referatur ad primũ caſum huius §. ſcilicet qñ agitur contra illũ qui nõ delinquit: quia tũc licet ſoluat, tñ nõ liberat delinquentẽ, niſi reſpectu eius quod ſoluit: & iſta etiã põt eſſe vera: tñ facit violentiã literæ. Vnde quidã alij moderni legunt iſtã legẽ aliter, vt dicamus ſic: niſi fortè quis dixerit: ſubaudi, & malè. & quod infrà ſequiẽ in fi. quod habere videtur rationẽ: ſubaudi, vt ſocio debeat cedi actio cõtra conſociũ, ex cuius facto cõuenitur: & ſic reſpondeẽ ad quæſtionẽ poſitã in prin. huius §. & ſecundũ hoc cõcordat cũ lege cõtraria, ſcilicet cũ l. qui ſeruũ. in fi. j. de act. & obli. ſ. alleg. & ſecundũ hoc eſſet in contrariũ caſus illius quæſtionis quã ſtatim proximè dixi, ꝙ propter qualitatẽ nõ poſſet procedi de nouo: tamen cõtrariũ eſt verũ, vt dixi in d. l. ſenatus. Et hãc lectu. tenet Dy. j. de ope. no. nun. l. in prouinciali, in diſtin. magna. Hanc etiã tenet Nico. Mata. & Richar. Malum. quæ põt eſſe vera, ſi dicamus ꝙ loquatur de eo quod plus eſt ex repetitione triginta dierũ. Secus ſi intelligis de eo quod plus eſt propter negationem, vt ſ. vidiſtis ſecundùm Ioã. & Pet. Sed dices tu, quomodo propter negationẽ põt de nouo agi, cùm non ſit negatum nõ enim eſt actum lege Aquil. Reſpon. actio legis Aquiliæ non tollit per præcedentem ſolutionẽ ipſo iure, ſed ope exceptionis: vt ſ. de iureiu. l. duobus. §. colonus. Et iſta exceptio nõ impedit conteſtationẽ: ideo poterit eſſe quod in nouo iudicio legis Aquilię ille negabit: & ideo in eo quod creſcit per iſtam negationẽ fiet condẽnatio. Simile C. de nõ nume. pecu. auẽ. cõtra qui propriã. Itẽ poſſes tu dicere: quare in eo quod plus eſt ex repetitio 16 ne triginta dierũ non põt agi: cũ vna † actio nõ tollat aliã, niſi in eo quod cõcurrũt: vt l. j. j. vi bono. rap. & j. arbo. fur. cæſa. l. j. Sol. dicit Dy. in d. l. in prouinciali. in diſtinctione magna, ꝙ dictæ leges loquũtur qñ ſunt plures actiones eiuſdẽ generis: quia quilibet ex delicto, quod declaratur plenius in l. j. §. dixerit aliqs. de publican. Sed qñ ſunt diuerſi generis, quia vna ex cõtractu, alia ex delicto: tũc habet locũ hic §. & hæc ſufficiunt pro nũc quantũ ad hanc materiã. Quero: diciẽ hic ꝙ debet ce 17 di actio: quæro † inquantũ debet cedi: Reſpõd. inquantũ quis conueniẽ ex facto correi debet ſibi cedi actio cõtra correũ: ſed inquantũ quis cõueniẽ ex facto ſuo, nõ debet ſibi cedi actio cõtra aliũ. hic eſt caſus hic. & illud quod hic diciẽ in iſtis, qui ſunt quodã modo duo rei, intelligas vniuerſaliter in omnibus reis: licet ſecus ſit in fideiuſſoribꝰ. dicit gl. vt C. de fideiuſ. dicta auẽ. præſente. Quid eſt hoc quod dicit, aliud in fideiuſſore? Reſpõ 18 de, quia † ſemper debet cedi actio cõtra principalẽ, & cõtra fideiuſſorẽ, vt d. auẽ. præſente. & l. cũ alter. C. de fideiuſ. qa ſemp cõuenitur ex facto alterius ille, qui verè eſt fideiuſſor: vnde nõ eſt adhibẽda illa diſtinctio, an ex facto ſuo, an ex facto correi: licet impropriè dicaẽ quandoque fideiuſſor etiam qui in rem ſuam intercedit: vt l. fideiuſſoris. cum l. ſeq. ſ. de pac. Subdit gl. ſed in reis. Idem dico ſi tales erant vt poſsit conuentus poſtulare vt diuidatur actio, ad exemplum plurium mandatorum: vt j. de fideiuſ. l. ſi fideiuſſores. §. idem reſpondit. & l. fideiuſſo

res.

19 res. Hanc gl. allegant quidã † ꝙ ita demũ inter correos fit ceſsio ſi habent beneficiũ diuiſionis: & ideo ſi renunciauerint beneficio diuiſionis, nõ habẽt beneficiũ ceſsionis, ſecundũ hanc gl. ideo eã reprehendũt: quia renũciatio in vno beneficio non tollit aliud: vt l. ſi domus. ſ. de ſerui. vrba. prædio. & ita refert Cy. C. de duo. re. in l. j. in ij. q. Ita etiã recitaui vobis j. de ſolu. l. Modeſtinus. quæ reprehenſio vera eſt ſi hoc modo gl. intelligimus. Sed fortè voluit hoc dicere. Dixit enim ſ. ꝙ fideiuſſori fiet indiſtinctè ceſsio, nõ habita diſtinctione an ex facto ſuo an correi conueniatur. Idem dicit gl. in duobus reis, qui habẽt beneficiũ diuiſiõis: vt quatenus ſoluit pro alio correo, hoc eſt pro illa parte, pro qua ille poterat conueniri, illo beneficio diuiſionis oppoſito indiſtinctè cedatur actio. quod põt eſſe verũ, nec põt creditor dicere illi reo cõuẽto, ꝙ tota pecunia peruenit ad te. Tamen ſi reus vellet beneficium diuiſionis opponere, ab ipſius partis petitione eũ remoueret. Sumus expediti de omnibus iſtis gl. reſtat gl. magna, quæ tractat materiã poſſeſsionis, quę nõ expediretur bene in quinq; diebus. De ea dic vt dixi in l. j. in prin. de acqui. poſſ. & in l. iij. §. ex contrario. & in l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. eo. ti. Tu tamen iuue 20 nis ex hac glo. magna circa princi. no. ꝙ ciuilis † poſſeſsio eſt illa, quæ cauſat vſuſcapionem. Ex medio eius not. qui ſint illi, 21 qui dicanẽ † tantũ naturaliter poſsidere: & dicit ꝙ eſt emphy-
a teuta [a], & ſimiles

b **Emo.** Seipſam ſummat. No. ſecundum literã, prout habetur accommodando [b].

Vm qui. Ex vſu, ad quem res accõmodatur, quis non obligatur, niſi ſit miſta culpa. h. d.

c **Si rem.** [c] Contractus innominati iudicãtur ſecundũ naturam contractus nominati, cui adñciuntur. h. d. In tex. ibi: & cuſtodiam. ſi habes, & bene eſt. ſed ſi habet, etiã, dic ꝙ includit ſimile in commodato. No. quod dixi in ſummario. facit j. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum. & l. ſi gratuitam. §. j. j. de præſcrip. verb.

1 ☞ Res commodata, quæ remittitur per commodatariũ, ſi perit, cuius periculo pereat.
2 Ex perſonarum qualitate perpenditur an ſit actum ꝙ commodatarius rem commodatam reportet.
3 Si res commodata detur nuncio cõmodantis, et perit, quando cõmodatarius teneatur.
4 Nuncio ſine literis non creditur.
5 Nuncio publico non habenti ſignum quando creditur.
6 Nuncio portanti literas credentiales, in quibus creditur. remiſſiuè.

b ¶ Distingue. Quando pluribus mandatur idẽ officiũ, an vnus faciet sine alio: bñ facit qd j. scripsi in iij. q. secũdũ Inn. & qd no. Bar. in l. fi. j. vti pos. Et de executoribus vide qd hĩ per Guid. de Su. in lege nulli. C. de epi. et cle. et Bar. in cõsi. factũ tale proponitur, Titius fecit testamẽtũ. et vide Bal. in rub. C. eod. in viij. co. et dicit Ang. q̃ p il lũ tex. in l. Imperatores. §. si magistratus de app. q̃ si duo sunt executores testamẽti, et vnus recusat: alter insolidũ exercebit officiũ. Si aũt ambo recusent, diocęsanus ꝓuidebit. l. nulli. C. de epi. et cle. & l. si quis ad declinandã. Et adde istis qd no. Bal. in l. j. C. si vnus ex plu. tu. Ex cuius verbis suppletur doctrina Barto. hic. Adde pluribus executoribus qualiter vno nolente vel nõ potente cæteri exequantur, Bal. cõ. lxxxvij. et cccxxij. ij. li. & clvij. iiij. lib.

✠ POMATES.

b ¶ Distingue. Vide Are. cõ. lxvj. col. iij. Panor. ca. prudẽtiã. co. v. de offi. deleg. et in cõ. lvij. co. iij. vol. j. et cõ. lxxvij. iij. co. vol. ij.

¶ Tertio casu. Adde tu et aduerte, qa Barto. hic sentit q̃ officiũ ꝓcuratoris sit authoritate & vtilitate publicũ. Adde q̃ hoc idẽ tenet Abb. ĩ c. prudẽtiã. co. iiij. in prin. de offi. dele. & Mod. ĩ c. post cessionẽ. co. xij. de proba.

¶ De hoc per Bal. in l. nulli. ad fi. de episc. et cle. et ibi qd si vnus decessit, et quid si vnus abest. Quid aũt in pluribus tutoribus vno decedẽte, vide Bal. in c. cũ magistratus. C. quãdo prouo. et ibi ẽt qd si tutores sint discordes & an isti possint animi sui motum alteri committere, videlicet consocio. quid si vnus est priuatus, vide Bald. in authẽ. hoc amplius in vj. co. J. C. de fideic. & q̃ vnus non posit sine alio, ponit Bald. in l. fi. in prin. C. cõia de leg. Adde qd de pluribus tutoribus. Baldum cõ. clv. ij. lib.

✠ POMATES.

d ¶ In pluribus. Vide Panor. cõsi. cx. vo. ij. Are. consi. xciij. colum. j. et iij.

a ¶ Vt ergo liqueat. Vide Felin. in c. q̃m cõtra falſam. col. v. de proba.

b ¶ Venio ad queſtionẽ. Vide Bart. in l. ſi cõuenerit. de re iud. & moder. in l. j. §. j. j. de appel. ſed ibi tractatur de iudice. Et vide oino Cy. & Io. iti l. cum tale. §. ſi arbitratu. de condi. & demõ. & ibi diſtinguitur an dicat̃ cũ conſilio & conſenſu: an dicatur arbitratu talis. & habet̃ in c. cũ in vete. de elec. p Io. An. in regula, nullus ex cõſilio. An ſit differẽtia ſi dicat̃, cũ cõſilio, conſenſu, vel licentia, Bal. C. eo. in tub. in q. vij. & ibi etiã quid ſi dicatur ſine cõſciẽtia. Et adde quæ not. Bal. in l. i. in fi. C. de indicta li. tol. Adde vt per Bal. cõſ. cxxiij. inciviſo teſtamẽto. iiij. libro.

POMATES.

c ¶ Eo caſu. Vide vnum verbum Felin. c. ſciſcitatus. colũ. vj. de reſcrip. & in c. cũ omnes. col. xij. de conſti. Bar. conſi. j. col. xxxj. vol. j. Felin. c. iij. v. & vj. co. de reg. iur. Panor. in cap. cum olim. de arbit. & in c. cum in veteri. colum. ij. & col. vj. de elec. Ana. nia conſ. xv. Panor. in c. pe. & ibi Barb. & Fel. de conſti. Panor. in c. iij. de offic. deleg. Feli. in c. j. col. xij. de ſpon.

d ¶ De conſilio. De dictione de, & cum, per Ioan. And. in regu. nullus ex conſil. de regu. iur. in mercu. per Archid. in c. cum olim. de arbi. & in c. ſi pro debilitate. de offi. deleg.

POMATES.

e ¶ L. Titium. Videt̃ mihi tamen vt ille text. habeat alium intellectum. vide Soci. conſi. xl. col. j. vbi ponit aliqua quibus colligit̃ q̃n dicatur particeps officij.

POMATES.

f ¶ Cum conſilio. Vide Ange. conſil. clxxxvij. & conſi. cxiij. & cõnſi. clv j. Ange. in §. ſi quis. Inſtit. de ſuſpe. tut.

vt officialis, alius vt cõſultor: vt ibi, & probat̃ eo. tit. l. Titiũ. in princ. & j. mã. l. idẽq;. §. ſi quis ea. & in l. qui in aliena. §. q̃q;. s. de neg. geſt. Quarto opp. cõtra dictam ſolutionẽ fortiſsime † qd idẽ, ſit q; aſſumitur vt conſultor, vt j. mand. l. idemq;. §. ſi quis ea. Sol. ille. §. non dicit quod illius cõſultoris conſilium quis debeat ſequi vel non. Vnde de hoc quid iuris ſit j. dicam: ſed dicit quod conſiliũ debet requiri. qd̃ eſt contra d. l. Dic ergo quod ad illum §. bene poteſt adaptari ſolutio glo. Nã §. ſi qs. loquitur in eo qui aſſumebat̃ vt conſultor, & licet non eſſet officialis: tamen eſſe poterat. ſed l. quidam decedens. loquitur in muliere aſſumpta vt conſulat: quæ non erat tutrix, nec eſſe poterat. Et iſta ſolutio eſt vera in ſe quantum ad d. l. quidam decedens. Ratione q; vna via prohibetur, & c. vt j. de ſponſa. l. oratio. & j. de tut. & cu. da. ab his. l. ſcire. §. j. & iſtam tenet Iac. de aret. & Cyn. tractat in l. id qd̃ pauperibus. in xiiij. q. C. de epi. & cle. Sed iſta ſolutio non eſt bona ad l. Titiũ & Mæuiũ. in prin. vbi in maſculo eſſet idẽ, q; tenetur reqrere, nec ſequi conſiliũ ipſius de neceſsitate. & illud ſentit gl. Ideo pro declaratione huius contrarij oportet te ſcire q; tutoris poteſtas eſt a lege tributa licet teſtator eum nominet: vt j. de tut. l. j. ſibi: iure ciuili data: & c. & C. de iura. calũ. l. ij. §. qd̃ obſeruari. ibi: aut legitima, & c. Procuratoris vero poteſtas pẽdet ex arbitrio cõſtituentis: vt j. man. l. diligenter. Aut ergo hæc cõditio q; faciat cum conſilio alterius, apponitur ab homine, qui habet poteſtatem a lege: & tũc nõ cogeretur quis eius conſiliũ requirere nec ſequi niſi ſit quis collega officij: vt d. l. Titiũ & Mæuiũ. in princ. Ratio ne poteſtas legi pẽdeat ex alieno arbitrio: ar. j. de teſt. l. iij. & qd̃ ibi not. & de hære. inſti. l. illa inſtitutio. In collega vero officij ratio eſt: qa hoc eſt proximũ. & quaſi de iure. vt l. cõſilio. j. de cura. fu. Aut ei, qui habet poteſtatem ab homine, dicta cõditio ab homine apponit̃: & tunc de neceſsitate debet eius conſilium explorare. Ita loquitur §. ſi quis ea. & j. tit. ij. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. cum ſi. ita eadem ratione dico in eo qui habet poteſtatem a lege ſi ei talis cõditio de habendo conſiliũ apponitur a lege, debet neceſsitate cõſiliũ requirere, vt in auth. de non alie. §. qd̃ autem. vbi dicit quod debet exquirere conſiliũ, & c. & poſtea dicit qd̃ ſi aliter factũ ſit, nõ valeat. expreſsius j. de ſuſpe. tut. l. impuberib⁹. & Inſtit. de ſuſpe. tut. §. impuberes. Vt ergo liqueat[a] iſta materia, dic quod aut alicui habẽti adminiſtrationẽ aliquis adijcitur vt collega eiuſdem officij: aut adijcitur vt authoritatem præſtet: aut vt cõſultor. Primo caſu an poſsit vn⁹ ſine alterius cõſilio, dic vt ſ. dictũ eſt. Secundo caſu non poteſt ſine alterius conſilio, nec ſine alterius authoritate: vt j. de reb. eo. l. ſi pupillorum. in fin. eo. ti. l. ſi fundus. & ſ. de tranſac. l. cũ hi. in prin. cũ ſimilibus. Tertio caſu aut aſſumit̃ vt cõſultor ille, qui non eſt, nec eſſe põt particeps officij: & tunc ex vrbanitate poteſt eius conſiliũ requiri: de neceſsitate vero non cogitur: vt l. quidam decedens. §. Papinianus. j. de admi. tut. Aut talis cõſultor põt eſſe particeps officij: & tũc aut eſt particeps officij, & conſultor: & debet reqri: vt l. Titiũ & Mæuiũ. in prin. Aut nõ eſt particeps officij: & tũc aut adijcit̃ vt cõſultor ei, qui habet poteſtatẽ ab hoĩe aut a lege. Si a lege, debet reqri: vt Inſt. de ſuſpe.

tut. §. impuberes. & in aut. de nõ aliena. §. qd̃ aũt. Aut adijcit̃ ab homine: & tũc de neceſsitate nõ debet reqrere cõſiliũ: vt d. l. Titiũ. in prin. Secũdo caſu cõſiliũ debet requiri: vt j. mãda. l. idẽq;. §. ſi quis ea. & j. ti. ij. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. & de acq. hære. l. ſi quis mihi bona. §. ſi corã Titio. Vltimo opp. s. eadẽ l. §. magiſtrũ. Solue vt hic in gl. & eſt ibi ſpecialis caſus fa

b uore nauigationis. Expeditus de opp. venio ad q.[b] & primo

3 quæro: nos vidimus † an aliquis teneatur requirere cõſilium:

c nũc quæro an eo caſu[c] quo tenetur requirere, teneatur ipſum ſequi. Quidã, vt Mar. Sil. dicunt, aut fuit dictum cũ conſilio,

d aut de conſilio[d]. Primo caſu nõ tenetur ſequi: ſecundo ſic: vt dicit Cy. C. de epiſ. & cle. in l. id q; pauperibus. in xv. q. Dic q; iſta diſtinctio non probatur aliquo iure Canonico vel ciuili: & ideo neſcio quare hoc dicat. Breuiter ratio quæ mouit Mar

4 ti. eſt, † quia dictio, de, denotat cauſam proximã & materialẽ, ſicut dicimus de dictione, ex: vt C. de legi. l. nõ dubiũ. & l. j. C. ſi ſer. extero. & de pecu. l. eo tẽpore. in fi. expreſsius de hac dictione de, habes ff. de coniung. cũ eman. lib. eius. l. j. §. nunc videamus. Et ſic cum dicit, de conſilio: perinde eſt ac ſi diceret, conſiliũ ſit de materia eius quod ſit: ſicut dicimus lignum eſt de materia vegetis. Quæ ratio ceſſat cũ dicitur cum conſilio. Iſta diſtinctio nullo modo placet, nec eius ratio: quia quãdoq; † iſta dictio cum, ponitur vt coniunctio: quãdoq; vt aduerbiũ:

5 & tunc ſignificat tempus ſeu ſignũ cõditionis, ſecundũ ea quę no. in l. qui promiſit. de condi. inde. & in l. quo cũ q;. §. fi. de ver. obl. & hoc nil ad propoſitũ. Quandoq; ponitur vt prepoſitio, vt in caſu noſtro: & tunc quandoque habet vim copulæ: vt de leg. j. l. Titiæ textores. §. nihil. & l. ſi ancilla. & de verb. ſig. l. triplici. Et ſi diceres q; iſto modo ponitur: tunc importat q; conſilium debet ſequi. Verbi gratia: volo quod ꝓcurator me⁹ agat negotia mea cum conſilio Titij. q. d. gerat negotia mea ſecundũ conſiliũ Titij. Q̃nq; iſta præpoſitio cum, denotat cauſam efficientem ſeu inſtrumentũ. quo mediante aliquid fit. Verbi gratia: Titius interfecit hominem cũ cultello: vt C. de ſica. lis qui cum telo. Vnde cum dico cum conſilio: quaſi dico q; cõſilium Titij ſit inſtrumentum, quo mediante negotiũ fit: ſed ſi non ſeruaret conſilium: tunc non eſſet cum conſilio. Vides ergo quod cõſiderata propria ſignificatione iſtarum dictionum idem important quantũ ad propoſitum: vnde diſtinctio non procedit: & cõtra diſtinctionẽ prędictam ſolet allegari l. impuberibus. de ſuſpe. tu. & Inſti. de ſuſpec. tu. §. impuberes. vbi eſt dictio ex, quæ idem importat q; dictio de, vt dictũ eſt: ſed cer

6 te illa lex non facit. Nã dico † q; q̃nq; conſiliũ adijcitur ei, qui non habet plenũ intellectũ: vel ratione ætatis vel prodigalitatis, vel ſimili ratione: & tunc verbum, cũ cõſilio, debet intelligi. j. cũ conſenſu, alias conſiliũ nihil operaretur. Ita loquitur l. impuberibus. Et pro hoc eſt gl. ord. extra de off. deleg. c. venerabili. Vnde id nõ eſt tunc ex ſignificatione illius dictionis ex ſed ex mente proferentis. Vt ergo liqueat hæc materia, ſic diſtingue: aut dicitur q; aliquid fiat cũ conſilio ſimpliciter, aut cum conſilio & conſenſu: vel cum conſilio & voluntate: & ſimilia verba. Primo caſu aut non debet requiri de neceſsitate: & tunc non debet ſequi neceſſario, vt dictum eſt ſ. Aut debet

7 requiri ſecundũ prædicta: & tunc † aut iſta adiectio, cũ conſilio, eſt facta ei, qui non habet intellectum plenum: & tenetur ſequi: vt d. l. impuberibus. & d. c. venerabili. in glo. Aut ei qui habet plenum intellectum. & tunc aut ille, qui habet præbere conſilium, eſt particeps officij: & tenetur ſequi cõſilium: vt d.

e l. Titium[e]. coniuncta l. conſilio. in fi. de cura. furi. Aut non eſt particeps officij: & tũc ſufficit quod requiratur nec ſequi tenetur: vt extra de arbi. c. cũ olim. & j. mand. l. ij. in fi. Sic debet intelligi l. ſed & ſi pupillus. §. cõditio. alleg. & d. §. ſi quis ea. Secũ

f do caſu quando dicitur cum conſilio[f] & conſenſu vel cũ cõſilio & voluntate: & tunc aut ille, qui vult conſulere, nõ põt eſſe particeps officij: & nõ tenetur ſequi, etiam ſi ſit dictũ, ne quod vna via, & c. vt d. l. oratio. de ſpon. & de regu. iur. c. cum quid. in vj. & arg. l. quidam decedẽs. §. Papi. de admini. tut. Aut poteſt eſſe particeps officij: & tũc aut iſta adiectio fuit facta ab homine, qui habet poteſtatem a l. & non tenetur ſequi conſilium: vt d. l. Titium. vbi dixit teſtator: & ſi aliter fiat, non valeat: & tamen ſi non eſt particeps officij, non tenetur ſequi. ad qd̃ facit l. j. in prin. & l. ij. in fi. vbi pu. edu. de. vbi non ſolũ a conſilio extranei:

a ¶ Seruãda eſt. No. pro cõmiſsionibus teſtatorũ dicentium, nolo q; ſis executor meus: neque exequeris ſine licentia guardiani fratrum Minorum: nõ valet, eo quia non eſt capax: & non valet eius conſenſus. qd̃ no. ad ea quæ dixi poſt Bar. in l. bonorum. C. qui' admit. et ad hoc adde Bal. in auth. ingreſsi. i j. col. C. de ſac. ſan. ecc. et Bar. et quæ ibi dixi in l. quidã decedẽs. §. pater. de admi. tu. et Bal. in d. auth. ingreſsi. in pe. & vlt. col. Et adde omnino. Bal. in l. id qd' pauperibus. in iiij. column. C. de epiſcop. & cler. & Bald. in rubric. C. eo. in iiij co. et ibi contra Bar. etiam: & an debeat ſaltem requiri conſilium fratris minoris in exequendo ſecundã voluntatem teſtatoris Barto. in tract. Minori carum. lib. iij. tenet q; aliquo caſu ſic, vt ibi. et Pet. de Anc. expreſſe in cle. exiui de ver. ſign. tenet q; nullo caſu debet requiri. et not. p Bald. in d. authen. ingreſsi. A dde an tunc minor poſsit alium ſubſtituere, Pet. de Anch. conſi. cciij.

POMATES.

b ¶ Per hoc. Vide Alex. conſi. lvij. co. ii. ij. vol. ij. Feli. in c. ex parte. vltima co. de conſti. Barto. in tra. Minori. libr. iiij. in iij. diſt. Curti. conſil. lxij. col. ſi.

POMATES.

c ¶ Quid ſi. Vid̃ Pau. conſi. v. col. ij. vol. j. Felin. in c. pe. ij. colũ. de conſti. Pan. c. cum in veteri. ij. co. de electi. Barba. in ca. ex parte. co. v. de cõſti. Are. conſi. xxvj. co. iiij. ver. ij. quæro. vt de limi. per Feli. in c. cũ venerabilis. co. xv. de excep.

d ¶ Cõſilium malum. Ibi: & ideo ſi dat cõtrarium videtur vel le Bar. in l. ſi conuenerit. de re iud. vide quod dixi ibi poſt Imo.

POMATES.

d ¶ Cõſilium malum. Vide limitata per Fel. in c. cũ venerabilis. de excep. colũ. xv. et ſeq.

POMATES.

e ¶ Iniquum cõſiliũ. Vide in ſimili p Feli. in c. ex literis. col. vl. de conſti. et in ca. venerabilis. col. xiiij. de exce. Panor. in c. iij. co. fi. de offi. del. Ias. in l. admonendi. col. xj. s. de iureiurã.

POMATES.

f ¶ Dicit ſtatutũ Vide de Alexan. conſi. lix. vol. iiij. Feli. in c. ex parte. col. j. de cõſti. Ale. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. de acqui. hær. col. j. & in l. j. col. iij. ff. de lib. et poſth. et cõſi. lix. co. prima, vol. iij. Rapha. Cuma. conſi. lv. et vnũ verbum Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. colũ. viij. Fulgo. conſilio cxl. Card. in Clement. j. xj. q. de offi. delega. Pau. et ibi alios. c. primo. de offic. deleg. Hæc tamen limita vt per Aret. in dicto §. ſi coram. col. pe. vide Alex. extendentẽ, conſ. cxlv. col. ſi. Et ſi aliud ſtatutum diceret q; ſentẽtia iudicis aliqua de cauſa nõ poſſet dici nulla: nã hoc non obſtante vigore ſtatuti, de quo hic per Bar. poterit dici nulla. Vide Felin. in c. ex tuæ. de ſimo. Soci. cõ. xcvj. co. v. Et an ſi ſinia eſt lata ſine cõſilio, ſit ipſo iure nulla, vid̃ Ale. cõ. iiij. vo. iiij. cõ. cxlv. vol. v. et cõ ſi. cxxj. in fi. vol. iiij. Et aliqd per Ale. hic i apoſt.

g ¶ Cum conſilio ſapientis. Si ſententia ſertur ſine conſilio ſapiẽtis, an valeat.

Ex quo dixit ſingulariter Ioan. And. in c. non eſt de cõſuet. in vj. in nouella q; ſi iudex committit cauſam alicui cũ hoc quod non ferat ſententiam ſine conſilio talis ſapientis viri: quod ſi lata eſt ſine cõſilio, eſt nulla ipſo iure ſine appellatiõe, et in hac materia, de cõſilio: et an iudex committens cauſam poſsit committere eam cum, hoc quod non ferat ſententiam ſine ſuo cõſilio, an valeat, et ſi. Vide Inno. in cap. ſi pro debilitate. de offi. dele. Sed circa hoc dixit hic Barto. conſidera, propter id quod dixit Bart. in l. j. et ibi dixi C. de rel. Et ad prædicta vide Bart. in l. item ſi vnus. §. idem Pomponius. infra de arbi. et j. l. j. p xi. Et in materia cõſilij ſapiẽtis, vide vnum verbum Bald. in ca. primo de contro. inueſti. et Bald. i lege ſecunda. C. de legi. et Bald. in repeti. §. qui prouocauit. et Ange. in l. ad principem. infra de appel. et Bar. in l. ille aut ille. §. cum in verbis, delega. iij. et de conſilio authẽ. vide Bal. & Ange. in l. j. C. de tuto. et cura. illuſtriũ perſo. et no. ſingula. Bar. in l. in bonorũ. de bo. poſſeſ. vbi videtur poſſe dici de iſtis vicariis caſtrorũ qui non tenentur eẽ periit, vt ſi ſequãtur conſilium malũ, non teneantur in ſyndicatu. Item iſtis adde Bald. in lege. j. C. ne lic. ter. prouoc. et ponit Bart. de quæſtione hac. Itẽ ponit an ſi in ſententia nõ apparet de conſilio, an præſumatur. et adde hic Bald. in lege ſi qs mihi bona. §. ſi corã. de acquiren. hæred. & in materia adde quod dixit Inn. in c. ſi pro debilitate. de offi. dele. Quid ſi cõtra ſubſtãtiam compromiſsi eſt quod arbiter debet ferre laudum ſecundum conſilium ſapientis. & quid ſi cũ requiſitione conſilij. de quo p Bal. in l. illa iſtitutio. de hæred. inſtituen. Quid autem in arbitratore, vide p Bal. in l. ſi. in xij. q. C. de contrahẽda emptione. et vide j. proxie per Bart. in l. item ſi vnus. §. iij. s. de arbitris. et vide in hac materia Bal. in rub. C. eod. in iij. colũ. & Io. An. in regula, nullus ex conſilio. & qd̃ legitur et notatur in c. ad noſtram de conſuetudi. de quæſtio. Bar. vnum adde, qd̃ ſingulariter dicit In

est ſequẽdũ: vt infra de cõtrah. emp. l. hæc vẽditio. et de le. iij. l. fideicõmiſſa. §. quanquã. et de le. ij. l. j. et iõ id quod dicitur q; eius cõſiliũ tenetur ſequi, intelligitur ſi eſt

11 æquũ. Sed de vno dubitatur † qd fiet, an proceditur ad actũ eius cõſilio ſpreto vel nõ. Ad hoc dic, vt eſt talis caſus, in quo nullo dato conſilio actus vitiatur: vt quando ex diſpoſitione hominis is, qui habet poteſtatem ab homine, debet alterius conſilium ſequi et reqrere. et tunc aut talis poteſtas vel volũtas dependet ex poteſtate ſeu volũtate vnius, vt puta conſtituẽtis ꝓcuratorẽ, vel ſimilis: et non põt vltra procedere, et iputat ſibi q; tãindiſcrete cõſtituit, ar. ſ. de mino. l. co mandatũ. in fi. facit infra ea. l. §. eſt aũt. Facit optime extra, de elec. c. j. in fi. in vj. Aut pendet ex volũtate duorũ cõtrahẽtium: et tũc illud iniquũ

e cõſilium[e] reducitur ad arbitrium boni viri: et ſic procedetur ad actum: vt l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. infra pro ſoc. et de ope. li. l. ſi libertus. Aut eſt talis actus, in quo poſſet procedi, etiam ſi nullũ cõſilium deſſet. quod quando ſit patet ex his quæ ſ. dixi in q. proxi. præcedenti: et tunc aut aut tale conſilium cõtinet manifeſtam iniquitatẽ: et tunc perinde eſt, ac ſi nihil dixiſſet: et ſic procedetur ad actum: vt j. de ap. l. ſi expreſsim. et ff. qui ſatiſ. cog. l. quoties. nec eſt opus adire prætorem vt corrigat, quod manifeſte iniquum eſt l. quæ ſub cõditione. §. penul. de condi. inſtit. Aut non cõtinet manifeſtam iniquitatem: et tũc recurrendũ eſt ad iudicem, qui cã cognita illud cõſilium reducat ad arbitriũ boni viri: vt l. ſi cũ dotem. §. eo autem tẽpore. vers. ſicu. ſed ſi. ff. ſoluto matrim. Dices tu, imo quando cõſilium manifeſte eſt iniquũ, debet reduci ad arbitriũ boni viri: vt l. ſocietatem. in fi. pro ſocio. Vnde ſi illud conſiliũ ſeu arbitrium in caſu illo haberet̃ pro nullo, actus vitiaret̃: vt d. l. ſi qs arbitratu. de verbo. obl. et d. l. fi. de contrah. empt. et ideo lex voluit q; reducatur ad arbitrium boni viri: vt res potius valeat quã pereat: vt l. quoties. de rebus dub. Sed i caſu ꝓpoſito res nõ perit: et iõ in prin. diſtinctionis nõ fecit differentiam vtrũ eſſet manifeſta iniquitas vel nõ. Quarto quæro, dicit ſta

f tutum[f] q; † iudex ferat ſniam cũ conſilio

12 ſapiẽtis, [g] iudex tulit ſententiã ſine illo: an

g valeat ſententia. Videtur q; ſic: quia leuis omiſsio ſolennitatis non vitiat: vt lege j. in fin. de ven. inſpi. Sed iſta eſt leuis ſolennitas. quod patet, quia non debet eius conſilium ſequi de neceſsita-

noc. in c. nec epiſcopi. de temp. ordina. quod ſi eligantur plures ad conſulendum in cauſa, et ſint diſcordes, quod iudex poteſt ſequi maiorem partem. & Bar. hic tenet quod iudex non tenetur ſequi. et iſtud dictum Inno. facit ad no. Bar. ſ. e. §. in ij. col. et per Lud. in rub. de arb. in vj. et vij. char. vbi de hoc et ſi in hac materia. et ad dictum Inn. in d. c. nec epiſcopi. vide per Moder. ff. de appel. l. ad principem.

g ¶ An eodem ver. quarto quæro, dicit ſtatutum, & c. ibi, cũ cõſilio ſapiẽtis. Et vidi de facto annullari quandã ſniam latã nõdũ ſpectato cõſilio ſapientis poſtquã fuerat miſſus proceſſus. et maxime, quia ſtatuto erat i ciuitate illa, q; non valeret ſententia, niſi ferretur ſecundum conſilium ſapientis. Nam dicebatur, ſniam ipſo iure nullam eſſe, nõ expectato cõſilio ſapientis, etiã ſi

expreſſe ſtatutum non annullaret, ex quo etiam de iure communi eſt prouiſum, qd debet ſpectari conſiliũ, poſtquã proceſſus miſſus fuit, per no. p Bar. Ad hoc facit tex. in c. cum in veteri. de elect. & in c. cum olim. & ibi expreſſe no. do. Ant. & Imo. de arbi. Bar. in l. Titiũ & Mæuiũ. in prin. ff. de admi. tuto. & Io. And. in c. nec epiſcopi. de temp. ord. poſt Inn. & Hoſt. ibi & Bal. in l. ex illo. C. de appel.
& in l. j. ad fin. C. de manumiſ. vin. & in l. j. C. ne lic. ter. prouoc. & clare firmat Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de requiſi. conſilij. §. j. j. ſuper verbo, vt autem. referens ita tenuiſſe glo. & Oldra. & qd no. Io. Andr. in c. non eſt. de conſue. in vj. in nouel. & in c. ſi pro debilitate. de off. deleg. Et in dubio etiam nõ præſumitur ꝙ interuenerit dicta ſolẽnitas conſilij a. ſtatuto requiſita; vt eleganter probat Bal. in d. l. j. C. ne lice. ter. prouoca. reprehẽdus Goffre. qui cõtrarium tenet. Et cum Bald. tranſit etiam Pet. de Ancha. in repe. c. canonum. de conſti. in verſic. ſimilem quæſtionem ponit Ioan. Andr. &c. & licet Spec. in tit. de requiſi. conſi. §. j. in verſic. ſi vero nõ eſt. videatur velle ꝙ tale ſtatutũ vel cõſuetudo arctans iudicẽ ad requirendũ & ſequendũ conſiliũ ſapiẽtis, non teneat, per c. ad noſtrã de cõſuetu. tamen communiter tenetur contrariũ, vt no, Io. And. in d. §. j. in addi. quam ponit ſuper verbo, vt aũt. & eſt de mẽte Bart. & doc. in l. ſi conuenerit. de re iu. & Inno. clare in d. c. ſi pro debilitate. & Bal. in locis ſ. proxime allegatis. Nã ſicut valet conuentio partiũ ꝙ iudex teneatur iudicare ſecundũ cõſciẽtiã talis d. l. ſi conuenerit. cũ ibi not. ita oportet valere ſtatutũ. quia qd fieri poteſt per pactum, poteſt per ſtatutũ tãto fortius: vt not. gloſſ. in l. neq; ex prætorio. & in l. neque pignus. §. priuatorum, ff. de regu. iu. & in rubri. C. de decre. decuri. & in l. ij. quæ ſit lõgua cõſuetudo. & ibi Bal. Adde quot modis cõſiliũ requiratur, & an iudex teneatur cauſam committerẽ conſulendã. & illud cõſilium ſequiẽ ſplendide Pau. de Ca. cõſi. lxxxvij. inci. p declaratione: & aliquid cõſi. cclij. per Ang. conſi. cxxxvj. Et qualiter intelligatur ſtatutum ꝙ cauſa committatur intra certũ tempus, per eundem cõſilio clx. & ibi etiam an iudex conſilium

te: vt ſ. dixi: ergo &c. Contrarium credo: Cũ enim iudex habeat poteſtatem a lege municipali ciuitatis, & lex illa ciuitatis dicat conſilium debere requiri: tunc debet requiri de neceſsitate, vt dictum eſt: alias actus nõ valet. Non obſtat cõtrariũ: quia
13 debes ſcire, ſecũdum Old. † ꝙ quẽdã eſt ſolẽnitas, propter quã ſubſtãtia facti nõ poteſt mutari: & iſta dicit leuis ſolennitas, & omiſſa nõ vitiat: vt d. l. j. in fi. ff. de vẽ. inſpi. Quædã eſt ſolennitas, ꝑ quã facti ſubſtantia poteſt mutari: ſi omittatur: & iſta nõ dicitur leuis ſolennitas: [a] argu. in l. cũ hi. §. ſi prætor. ſ. de trãſac. Sed in caſu noſtro conſilium ſapientis põt trahere iudicẽ in contrariã ſententiã: vt l. itẽ ſi vnus. §. principaliter. & l. ſeq. ſ. de arb. ergo non eſt leuis ſo-
14 lennitas. † Quinto quæro iuxta prædicta: quædã cauſa eſt cõmiſſa alicui conſulenda: ille cõſultor omittit dare cõſilium: an ſit alteri cõmittenda: vel iudex procedat alterius conſilio nõ requiſito? Quod videtur, per ea quæ dicta ſunt in ij. q. Credo tamen alij cõmitti. per l. in cõiunctiõe. C. de nup. Non obſtant quæ dicta ſunt ſ. in ij. q. quia illa vera, quãdo in diſpoſitiõe perſona apposita eſt, cui[c] cõſilio quis debet vti. In quæſtione aũt noſtra loquimur qñ ſtatutũ generaliter loquit, ꝙ ferat cum conſilio ſapiẽtis. qd cõſiliũ in genere peri re non põt: vt l. incendiũ. C. ſi cer. pet. & l. quod te. ſ. ſi cer. pe. & j. ad l. fal. l. in ratione. §. tametſi. & §. diligẽter. Et circa prædicta vide multa verba quæ ponit Spec. in ti. de requi. conſi. [b] † Sexto quero, quid ſi com-
15 promiſſum eſt in aliquẽ ꝙ ferat ſententiã ſecundũ conſiliũ alterius ſapientis, an valeat? [c] Videt ꝙ ſic: qa in iudiciariis cõtractibus, & in vltimis voluntatibus, poteſt talis conditio apponi, vt ſ. vidiſtis. In contrariũ videtur caſus, l. item ſi vnus. §. idem Pomponius. de arbit. Sol. dicunt quidam ꝙ valet, per ea quæ dicta ſunt. Nõ obſtat d. l. itẽ ſi vnus. §. idem Pomponius. ſ. de arbitr. quia ibi fuit dictum ꝙ pronunciaret, prout Titio diſpenſatori placeret: ideo nõ valet: quia omnis poteſtas collata videtur in placitũ Titij, ſiue æquum, ſiue iniquũ dicat: ideo nõ valet: quia remanet arbiter ſolo nomine: arg. j. ti. ij. l. ſed & ſi pupillus. §. ſed ſi in totum. Sed ſi diximſſet, ſecundum arbitriũ vel conſilium Titij: tunc valeret: quia intelligit cõſiliũ Titij ſecundum arbitrium boni viri, vt ſ. dictũ eſt. Et ſic intelligitur §. ſed ſi ita. qui loquitur ſtatim poſt §. idẽ Põponius. arg. j. de leg. iij. l. fideicõmiſſa. §. ꝗ̃ꝗ̃. & ita dicebat Oldr. & refert qd erat intellectus Hoſt. Sed certe noſtri gloſſatores aliter intelligũt §. ſed ſi ita. nec dicta opinio placet: nam verbum placet,
16 † ſeu placebit, idẽ importat qd verbũ arbitratu, vt intelligatur de arbitrio boni viri, non de libera volũtate. Caſus eſt de fideicõ. liber. l. Lucius Titius teſtamẽto. Et ſic inducendo relictum liberis collatũ in liberam voluntatem grauati non valet: vt l. fideicõmiſſaria libertas. ij. reſpon. j. de fidei-

ſequi teneat. & per eũdem conſi. clxxxvj. & clxxj. vbi dicit quod imperito non eſt turpe ſequi conſilium periti. per Bal. conſi. ccclxx. primo libro. Et quid ſi conſilium ſapientis ſit præſentatum extra tempus, & iudex confirmauit, an valeat, per eundem conſi. cliij. & clvij. iij. lib. Et quod conſilio imperiti non ſit ſtandum, per eundem conſi. cxcvij. Et quid ſi conſultor ſuper

cõ. lib. Sed ſi ita relinquat libertas: ſi heredi placebit: valet. Ego manifeſte cõcluderem quod verbũ, placet, debet intelligi de arbitrio boni viri, non de libera volũtate: ergo idẽ eſt dicere, arbitratu Titij, quantũ dicere, de conſenſu & conſilio Titij, vel beneplacito Titij. Nam de vtroq; intelligitur dictum arbitrium boni viri. In q. ergo præmiſſa[d] dic aut eſt dictum de conſilio & conſenſu vel beneplacito Titij vel arbitratu Titij: & non valet: vt d. §. idem Pomponius. Ratio, quia iſta conditio eſt contra ſubſtantiam arbitrij: quæ eſt, vt arbiter poſsit pronunciare ęque vel inique: vt l. diẽ proferre. §. ſtari. de arbit. Sed eo caſu aufertur libera poteſtas arbitro: quia cõtra illius Titij placitum, conſiliũ, ſeu arbitrium non põt pronunciare: cũ talis poteſtas ſit ei data ab homine: vt dictũ eſt ſ. in iij. q. ergo &c. Aut eſt dictũ, ꝙ arbiter, p nunciet conſilio Titij ſimpliciter: & tunc valet: quia ſufficit ꝙ eius conſiliũ requirat nec teneẽ ſequi, vt dictũ eſt: & ſic per hoc nõ aufertur ei libera poteſtas. & hęc opi. tangitur in Specu. de arbi. §. ſequitur. verſ. ſed quid ſi dicat. Et ex hoc apparet quod
e gloſſ.[e] j. de hæred. inſtitu. l. illa inſtitutio. quæ dicit quod poteſt compromitti vt feratur ſententia prout videbitur de iure ali-
17 cui ſapiẽti: nõ bene dicit. Nam † verbum,
f videbitur, [f] idem importat quod verbum, placebit, ſeu arbitratus fuerit: vt d. l. fideicommiſſaria libertas. j. de fideicommiſsis
18 liber. † Septimo quæro, quid ſi partes conſentiunt in iudicem ordinarium, vt ferat ſententiam prout videbitur tali ſapienti: & iudex hoc fecit, an valeat. Et videbitur quod non, per ea quæ ſ. dicta ſunt de arbi. arg. l. j. ſ. de arb. Contrarium dico per l. ſi conuenerit de re iudi. & ideo aliud in
19 iudice, qui non habet † ita liberam poteſtatem, ſicut habet arbiter: imo habet ipſam limitatam & obligatam legi & æquitati: vt in auth. iuſiurã. quod præſta. ab his. per totum. & j. de pœnis. l. hodie. & Inſtit. de offi. iudi. in prin. & ſic non eſt contra ſententiã iudicis, ſeu eius ſubſtantiã. An autẽ teneat ſeq de neceſsitate, patet ex his quę
20 ſ. dicta ſunt. † Vltimo quæro; qd ſi dica-
g tur[g] qd ferat ſnĩam cũ conſilio & arbitrio alicuius incertę pſonæ: an iſta adiectio ali qd opereẽ: diſtingue. Aut loqueris in extraiudicialib[9], aut in iudicialib[9], & his quæ ſapiũt natura iudiciorũ, vt arbitria. Primo caſu aut illius incerti electio cõpetit pluribus: & regulariter non valet qd agit: quia
h poſſunt in eligẽdo diſſentire: [h] vt l. ſi merces. in prin. j. loca. & ibi no. Fallit in caſu. l. ſi fund[9]. in fi. j. de pig. & in caſib[9], in qb[9] valet, p miſsio ĩcerta, vt ff. de iur. do. l. cũ poſt. §. gener. & ibi no. dixi in l. ita ſtipulat[9]. de verb. obl. Si vero cõpetit vni, tũc valet. qa ceſſat rõ prædicta. ergo & c. arg. l. adigere. §. ꝗuis. de iure patr. Secũdo caſu, qñ in iudicialibus: tũc valet iudicis interlocutio, ꝙ partibus diſcordãtibus vel ipſe eliget, vel partes ad cõcordiã coget: vt ſ. de arbi. l. itẽ ſi vnus.

ſi vnus. §. principaliter. & ſ. de iureiur. l. iuriſiurãdũ. §. ſi de qualitate. & de bo. autho. iudi. poſ. l. in venditione. in fin.

Exercitorem. Supra dixi quis dicat magiſter: hic declaratur quis dicatur exercitor. h. d. Exercitor dicitur, ad quem omnes reditus veniunt: nec pſonæ conditio inſpicitur, niſi ſit mĩnor: quia tunc tutoris vel curatoris authoritas inſpicitur. h. d.

Eſt autem. Contrahentes poſſunt eligere exercitorẽ ſiue magiſtrum: ſed exercitor non poteſt eligere contrahentes, niſi in ſubſidium. h. d. Not. ꝙ magiſter, ſiue exercitor, poteſt conueniri ex contractu ſuo: quod quali ter intelligatur, videbitis in l. ſi. infra ti. ij.

1 ¶ *Contractus factus per ſeruum voluntate domini, quando obliget dominum.*
2 *Voluntas patris circa contractum filij ꝙ non ſemper obliget patrem.*

Si is qui nauem. Continua primo ad præcedentia: ſupra dixit ꝙ teneẽ exercitor ſi ue inſtitor: ſiue ſit ſui iuris, ſiue filius vel ſeruus. Sel vtrũ ex ꝑ ſona inſtitoris, qui eſt in poteſtate alterius, teneatur pater vel dominus ponitur in hoc §. diuide. Primo ponit verba edicti. Secundo proſequitur edicti expoſitionẽ reſpondendo cuſdã tacitę obiectioni. Tertio ponitur quædã alia quæſtio ex præmiſsis deſcendens. Secunda ibi: licet. Tertia ibi: ſed ſi ſciente. & h. d. Qui exercitorem habet in poteſtate, ſi fuerit volens in merce dominica & nauali obligatur inſolidũ: ſed in peculiari tributoria obligatur. Idem in nauali, ſi ſola ſcientia ſuperuenit. h. d. ibi: iudiciũ daẽ. Hæc ſunt verba edicti. ꝙ poſtea ſequitur, eſt expoſitio edicti. † Opp. ꝙ in quolibet cõtractu, ſi cõ-
1 trahit domini voluntate, dominus teneatur inſolidũ ex ti. qd iuſſu, vt j. quod iuſſu. l. j. §. ſed & ſi mãdauerit. & §. ſi ratũ. Sol. dicit gl. verũ eſt, qñ vult agere quod iuſſu: ſed hic loquitur qñ vult agere tributoria. Tu dic ſecundũ Marti. ꝙ in actione qd iuſſu, requiritur ꝙ dominus ſciat ſpeciem contractus: ſed in hac ſufficit ꝙ ſciat eũ negotiari, licet ſpeciem contractus igno ret. & ideo dic, Aut filius vel ſeruus negotiatur dño inuito vel ignorante: & tunc dominus tenetur ſolũ de peculio, ꝑ titulum j. de pecu. per totum. Aut contrahit domino ſciente tãtum: et tunc tenetur tributoria, ſiue in merce nauali, ſiue in alia, vt hic, in ver. ſed ſi ſciente. et j. de tributo. per totũ. Aut cõtrahit domino volente: & tunc aut vult certam ſpeciem contractus: et tenetur inſolidũ, per titulum, quod iuſſu. Aut vult eum negotiari generaliter: et tunc in merce nauali tenetur inſolidum, vt hic: in merce non nauali tenetur tributoria, vt hoc §. ver. at inſtitorũ. et infra de trĩbu. per totum. Vide gl. ꝙ volũ-
2 tas † patris circa contractum filij non ſemper obligat patrem inſolidũ. Pro hoc habetis tex. no. in l. Lucius Titius Caiũ Seium. infra de adminiſtr. tuto. & quid importat hoc, ſcilicet contractum fieri de mea voluntate, examinaui pleniſsime. infra. ſolu. mat. l. poſt dotem.

In poteſtate. Habuiſtis ſupra expoſitum verbũ, ex voluntate, hic exponit verbum, ex poteſtate. h. d. Verbum ex poteſtate, accepit pro patria & domi nica, & etiam pro ea, quam habet, qui iuri alterius eſt ſubiectus. hoc dicit.

Quanquam. Hic exponit verbum, magiſtro, poſitum in edicto.

Hæc actio. Exercitor. et magiſter tenentur inſolidũ: ſed vnius ſolutio alium liberat.

a **Si plures.** [a] Si plures nauem exerceant per tertium libe rum vel ſeruum, vel per vnum ex ipſis, quilibet tenetur inſolidum: ſecus ſi ſimul exercent. h. d. Et eſt valde notabilis: et tota die ocurrit. hic ponitur caſus in naue. Op. ſupra nau. cau. ſta. l. fi. §. ſi plures. Sol. licet glo. multa dicat: dic ibi de actione quæ venit ex delicto, hic de ea quæ venit ex cõ tractu: et ibi notatur.

1 ¶ *Plures exercentes unã mercantiam ſimul, ſiue per ſe, ſiue per aliũ, qualiter teneãtur.*

b **Si tamen.** [b] Opp. ad principiũ huius legis & videtur ꝙ inuicẽ ſint ſibi magiſtri, vt l. eius qui in prouincia. ſ. ſi cer. pet. Gl. nõ ſoluit dicit Iac. de Are. et eſt no. dictum, ibi quilibet gerebat ſeparatim ad communẽ vtilitatem: ideo quilibet tenetur inſolidũ, per rõnem, ne
c in plures, & c. facit C. de fabricẽ. l. iure prouiſum. li. xj. hic vero
1 omnes gerebant ſimul. Et ideo treaſſume [c] beuiter, † qñ plures faciunt vnã mercantiam, Aut eã exercent per tertiũ: et eius facto tenetur quilibet inſolidũ. Aut eã exercent per ſeipſos: & tunc aut eam cõmittunt vni, & tunc idẽ: quia ex eius facto quilibet tenetur inſolidum. Aut omnes gerunt eandẽ mercãtiã: et tunc aut oẽs ſimul: et tunc quilibet teneẽ pro parte. Iſti omnes tres caſus ſunt hic in text. Aut quilibet gerit ſeparatim: quia vnus in vna terra, alius in alia: vel vnus mercantiã lanæ, alter pãnorum, vel aliter inter ipſos diuiſerunt: et tunc videntur ſibi in uicem eſſe propoſiti: ar. d. l. eius qui in prouincia. et quod ſupra proxime dixi ſecundum Ia. de Are.

Si ſeruus. Etiã mortuo magiſtro datur actio in dñm. h. d.

Hæ actiones. Vide gl. ibi hæ actiones. No. ꝙ licet appellentur actiones, tamen ſunt adiectiones: vt gl. dicit infra tit. ij. l. cuicunq;. §. non tamen. & de pecu. l. iij. §. cui cõgruit. & de in rem ver. l. filiusfa. in fi.

Si eum. Tenetur exercitor, licet inter magiſtrum et contrahentem ſecum non cadat obligatio. Et dñs magiſtri ſeruí tenetur actiones ſibi q̃ſitas exercitori cedere. h. d.

Item ſi. Tenetur magiſter contrahẽti ſecum, licet inter exercitorem et eũ non cadat obligatio. h. d.

d **Vcius.** [d] Mutuans [e] magiſtro habet exercitoriã quatuor concurrentibus, ſ. cauſæ veritas, præpoſitionis & cauſa ſcientia, et credulitas, congrua quantitas, & loci cõgruitas. idem in inſtitoribus. h. d. vſque ad fin. h
f ti. No. mirabilem legem, ad quam opp. [f] et videtur ꝙ debeat ꝑ bari directo pecuniã eſſe cõuerſam in domini vtilitatẽ: vt C. ſi aduer. credi. l. ij. et ſ. ſi cer. pet. l. ciuitas. Sol. illa iura loquuntur in perſonis priuilegiatis. Op. de in rẽ ver. l. quod ſi ſeruus. §. ſed ſi ſic. So. ibi cõtrahebatur cum eo q̃ nullo mõ habebat mandatum. Op. et videtur ꝙ
g ſufficiat ſola aſſertio [g] magiſtri, etiã ſi iſtæ præſumptiones non probarentur: vt ſ. e. l. j. §. non aũt. ver. ſed et ſi in pretijs. gl. dicit ꝙ ibi non potuit adhibere diligentiã. hic ſic. Tu dic ꝙ ibi erat prępoſitus expreſſe ad pecuniam accipiendam mutuo: hic nõ, ſecundum Azo. & Gul. de Cu.

Ad legem Rhodiam de iactu. *Rubri.*

Glo. continuat. dic vt in ea.

1 ¶ *Domus deſtructa à uicinis ne ignis ultra tranſeat, debet à uicinis emendari.*
2 *Gabella ꝙ non debet ſolui de annulis, quos quis portat in digito, nec de ueſtimentis pretioſis quæ ſecum defert.*
3 *Gabella ꝙ non ſoluitur de his, quæ quis uſus ſui cã portat.*
4 *Tempore neceſsitatis omnia ſunt communia.*

LEX I.

Si laborante. Dñi iactarum mercium habent actionem cum magiſtro: & magiſter cum cæteris non ſolum habet actionem, ſed etiã retentionem mercũ vt fiat cõtributio. h. d. Iſte ver. æquiſ-
1 ſimũ enim, & c. faciat ad q. † ꝙ qñ domus alicuius deſtruit a vicinis, ne ignis vlteri[9]
h tranſeat, ꝙ debeat ei emendari [h] a vicinis:

a ¶ Si plures. De iſto tex. et materia vide plene per Bart. in l. eandem. de duo. reis. & ad iſtum textum vide leg. iam tamẽ. §. ſi plures. iudi. ſol.
POMATES.
a ¶ Si plures. Vide Cremẽ. ſing. clxiij.
b ¶ Si tamẽ. Vide in l. eandem. j. de duo. reis. & Bal. in rubr. C. eo. ad finem.
POMATES.
c ¶ Reaſſume. Vide Alex. conſi. cxxxix. alias cxxiij. col. j. volu. v. & conſilio cxlvij. vol. ij.
d ¶ Lucius. In princ. huius &c. Not. hic quomodo probetur eſſe conuerſum in vtilitatem alicuius, ad de Bal. in l. j. C. ſi aduer. credi. Adde Petr. de Ancha. conſil. vltimo.
POMATES.
d ¶ Lucius. Circa materiã huius legis vide Alexã. conſi. xlv. co. ij. vol. iij.
e ¶ Mutuans. Vide Bal. in l. j. C. eodẽ.
f ¶ Opp. De quo vide Inſtit. de actio. §. actiones. et vide no. per Bart. in l. ſi cum dotem. §. j. j. ſol. ma.
¶ Sola aſſertio. Vide Bart. ſ. l. j. §. non autem. vbi bene expedit hoc contrariũ. et Barto. in l. a diuo Pio. §. ſed ſciendum. ff. de re iudica.
¶ Debeat ei emenda ri. Adde Bart. in l. ſi alius. §. eſt autem. ſ. quod vi aut clã. Et iſtud tenuit Guli. & conſuluit Angel. & per hunc tex. dicit ẽt Guli. hic ꝙ ſi miles vadit ad bellum pro defenſione patriæ, & ei equus ſuus ſit interfectus, ꝙ ciuitas tenetur emendare dãnũ. Et hoc verũ, ſi fiebat illud gratis: alias ſecus. Vide quod dixi poſt Bar. in l. legatis. de legatis iij. et vide text. ad hoc no. in l. mulier. infra de capti uis. quem not. allegat Guli. et ibi Bar. in l. j. in prin. de iuſt. & iure. Quid ſi miles, qui feudum liberum & francũ tenebat a ba rone, requiſitus fuit ab eo vt iret cũ eo ad exercitũ quæritur an teneat, & an eius ſũptibus, & an baro poſsit ab eo exigere ſubſidiũ pecuniæ, vide Bald. referentem Oldra. in c. j. de capitaneo qui curiam vendidit. in fi. prin. Et ſi vocatus ad bellum perdidit arma an recuperet et a quo, vide Inn. in c. ſicut. el ij. de iureiurand. et quod notat Bald. in l. quoniam. C. ad legem Iuli. de vj. bene facit l. fin. et quod ibi dixi in a-

t. post illa. C. de statu. & imagi. Et si laborator meus rumpit ferrum in laborerio, non teneor, secundũ gl. & Bal. per istum tex, in l. qm̃. C. de testib. & est tex. hic in §. si cõseruatis & no. Imo, in l. stipulationes cõmodissimũ. de ver. oblig. Et ita etiam videtur determinare Florianus in l. si locus. §. cũ viaff. quemadmodũ seramit. & ad hoc not. gl. multũ not. in l. si finita. §. si qs domini. de damno infect. in ver. fouet, & vide quod legit & no. in l. ne quid. in prin. de incen. rui. nau. Adde q̃ hæc apostilla est contra de verbo ad verbũ in §. libertus. ff. de condict. indeb.

a ¶ Deprecatio. Istũ tex. alle. Bar. in l. j. in fi. §. de iurisd. om. iudi. & hic habes q̃ Imperator est dominus totius mundi. quod qualiter intelligatur, vide per eundem in l. j. §. per hãc. §. de rei vend. & §. in proœ. ff. prin. & Bal. & Ang. in l. bene a zenone. de qua. præscrip.

POMATES.

a ¶ Deprecatio. Circa regulam huius legis qd̃ Imperator est dñs, vide Per. de Aneha. consi. cccxj. incip. tres magnifici domini. versi. igitur iste. Christi igitur nomine. & Ro. cõsi. lxxxi. in vlt col. Bolog in sua Theodosiana charta v. col. ij.

POMATES.

b ¶ Si vehenda. Vide Ro. sing. ccccl xxiij.

POMATES.

c ¶ Idem iuris. Vide quid per istum textum consiluerit Federicus. consil. cxxj.

d ¶ Aequum. In principio huius legis limita notata p Bald. in l. cum. p eos. C. si quis alteri vel sibi.

e ¶ Absens. Add Bar to. in l. dominus. de condictione inde. §. & Barto. in l. diuortio. in fine ij. colum. soluto matrimonio. Et quod notatur in l. de damni. §. fina. de damno. infect.

POMATES.

f ¶ Sine cessione. Vide Romanum cons. cccxliiij. col. iij.

POMATES.

g ¶ Institor. Ad hoc vide glossam in l. Julianus. §. si procurator. infra, de actione. emp. & vendi.

POMATES.

g ¶ Institor. Vide Panormita. cõsi. lxxiiij. col. iij. vol. ij.

h ¶ Procurator vocabitur. Et adde quod dicit Bald. in l. j. C.

quia pro communi vtilitate factum est. In arg. induco, non determino.

Si conseruatis. Si nauis deterioratur, non fit contributio: nisi acciderit voluntate mercatorum, vel alio iusto metu. h.d.

Cum in eadem. Dominus nauis & domini rerum in ea existentiũm, excepto libero corpore & cibariis, pro portione æstimationis contribuunt: ad qd̃ magister ex locato tenebitur. h.d. Iste text. est arg. † q̃ annulorũ: quos quis portat in digito, & vestimentorũ pretiosorum, transiens debeat soluere gabellam. Contrarium tamen est verũ in his, † quæ vsus sui causa portat: vt l. in lege censoria. infra, de verbo. significat. vltimo nota † quod tempore necessitatis omnia sunt communia. Vnde si tu habes de pane, & ego non: in necessitate licitum est mihi auferre a te. & hoc de iure diuino & humano. Vnde glossam super verbo, conferret.

Si nauis. Pretium redemptionis est ab omnibus cõferendum: secus in pretio rerum perditarum. h.d.

NAuis. Si perit scapha cũ mercibus causa leuandæ nauis extractis, habet locum contributio: secus si nauis pereat, & scapha salua remaneat. h.d.

Sed si nauis. Iactantibus fit contributio ex mercib⁹ recuperãtis ex naue postea perempta: sed recuperantes ex iactu in naue non contribuunt. h.d.

Cum autem. Pro rebus deterioratis præsente pretio fit collatio iact^a ntibus: ipsis vero vero deterioratis ratione loci non conferetur: sed si ratione aspergines ipsius conferetur, & cõferũt dãno deducto siue plus siue minus sit in dãno quã in collatione. h.d.

NAuis aduersa. Non fit collatio pro impensis, quæ ad instruẽdam nauem factæ sunt. h.d.

DVi leuandæ. Iactata in dubio non videntur haberi pro derelicto, nisi ex modo iactus aliud præsumatur. hoc. d. cum glo.

DEprecatio. [a] Valet cõsuetudo, cui lex non aduersatur. h.d.

SIuehenda. [b] Ad pensionem cõsequendam sufficit impositum esse nauinisi aliud sit actum. h.d.

Si ea. Casus superueniens excusat a pœna præcedẽti culpa: vbi actio nata non poterat intentari. h.d. Ita intelligit Dy. j. de impẽsis. l. & in totum. de quo per Cy. C. mand. l. ad comparandas. Bar.

Idem iuris. [c] Difficultas superueniens excusat a pœna. h.d. De hoc dixi §. si cer. pet. l. qd̃ te plenissime. in l. continuus. § illud. de ver. obl.

Si conduxisti. Si mensura refertur ad lignũ, sufficit ligni capacitas: si refertur ad onus, inspicitur mensura ponderis. h.d.

De institoria actione. Rubrica.

1 ☞ *Quando ille qui tenetur mihi cedere actionem, non reperitur, lex vere mihi cedit.*

LEX I.

d **AEquum.** [d] Dominus ex testamento institoris obligatur. itẽ agit, si eius seruus est institor: nõ alias, nisi cessa actione, vel in

i subsidium. h.d. † Nota q̃ vbi nõ reperitur ille, q̃ mihi tenet cedere actionẽ, quia

e forte longe est absens[e], vel latitat, vel est mortuus sine hęrede, lex dat mihi actionẽ

f vtilẽ sine cessione[f]: vt hic, & C. de act. & obli. l. j. & C. ad Treb. l. sancimus. no. j. de dam. infec. l. damni infecti stipulatio. §. fin.

LEX III.

g **INstitor.** [g] Institor est ille, qui alicui negotiationi quæstuariæ præponit, etiã certo loco nõ designato: & obligat dñm, cuiuscunq̃ cõditionis sit negotiatio quæstuaria. Secus si certæ rei vel negotiationi nõ quęstuarię, præponat. tũc em̃ magis

h procurator vocabit[r]. h. d. vsq̃ ad §. nõ aũt.

1 *Negotiatio quæstuaria non dicitur in agris proprijs.*

2 *Qui patitur aliquem facere, quod videtur ipsum institorem præponere.*

3 *Literæ credentiæ an præiudicent domino. remissiue.*

4 *Procurator datus ad uendendum, an possit uendere habita fide de pretio. remissiue.*

5 *Mandatum uniuersale quod non finiatur morte.*

QVicunque. Sũmaui §. cũ l. institor. in textu ibi: agris colendis. intellige de

i alienis causa questus faciendi. In suis enim

1 non † dicitur negotiatio quæstuaria, secũdũ Inno. vt ipse no. in c. fi. extra de fideiuss. ita intellige præcedẽtia exẽpla & sequentia. & pbat. j. eo. l. si cũ villico facit qd̃ no. j. eo. l. in eũ. No. ibi:

i 1 si pmisit ei ita dari, [i] &c. q̃ sufficit q̃ passus sit illud ita facere. vi

2 deet † enim ipsum prępone re suũ institorẽ. Simile videbitis j. eo. l. sed & si pupill⁹. §. j. & j. qd̃ cũ eo. l. fi. In tex. ibi: quasi procurator. dic ad imperandum & corrigendũ discipulos. In tex. ibi: sin vero quasi. sic enim commisit totam causam: vt §. §. sed

3 & si. Ego allego hunc versi. plane. ad materiam † literarum credentiæ, quæ hodie sunt in vsu: quæ dicunt tali latori præsentium dabitis plenam fidem in his, quæ vobis dixerit. q̃ ex hoc præiudicetur domino. de quo scripsi latissime. j. de fideiuss. l. Lucius.

Non tamen. Dominus tenetur ex contractu institoris circa id, ad quod præpositus est ex-

4 presse vel tacite: nisi forte prępositioni repugnet. h.d. In tex. ibi: si ei. no. argumẽtũ † q̃ procurator datus ad vendendum, potest vendere bona, habita fide de pretio. De quo per Cyn. C. de rei vendic. l. inciuile. per Gul. hic. Ego plene examinabo. j. de re iud. l. a diuo Pio. §. si post aditum. in fine.

Si ab alio. Si institor præponatur a defuncto, obligatur hæres: si a legitimo administratore, obligatur

5 ille, cui negotia geruntur: si a procuratore, obligatur dominus & præponens. idem in gestore, ratihabitione secuta. h.d. † Et sic no. q̃ morte nõ finitur mandatũ vniuersale. vide gl. in ver. maxime Iac. de Aret. dicit q̃ si habet speciale mãdatum, solus dominus tenetur: arg. §. quod quisq̃ iur. l. iij. §. j. si generale, tũc tenetur vterq̃: Ita dicit ipse.

SEd & si quis parui. De conditione personæ institoris non curatur: nec etiam præponentis: sed si est minor, administratoris authoritas requiretur. h.d.

SEd & si pupillus.

De quo

de exercit. quod ea quæ statuta sunt in exercitoria, habent locum in institoria: & hic adde Bartol. in l. si institorem. si certum peratur. & pienius p Imo. post alios in c. penult. de fideiuss.

¶ Ita dari. Quando quis videatur præpositus institor. & adde Bald. not. in rubric. C. de constitu. pecu. in iij. colũ. vbi quærit an discipulus ex cõtractu obligetur magistrũ suum. & quod not. Bald. in authen. hoc ius porrectum. in v. col. de sacrosan. eccle. & Barto. in l. eandem. de duo. reis. & quod habetur in l. ei qui. C. quod cum eo. & in l. si pupilli. §. j. de nego. gest. Et adde quod si dico facio te institorem meum: videris præpositus omnibus ciuilibus negotijs, qbus ego vti solebam, secundum Bald. in l. mandatum. in iij. oppotione. C. mãdati. & ibi etiã dicit qd̃ constitutus ad vnum actũ, nõ est ,pprie institor. Adde qs dicatur institor, & qualiter conueniat, Abb. cõsi. lxxiiij. li. ij. Ange. cõsi. ccclxxxv. Alexã. consi. xliij. lib. j.

POMATES.

¶ Ita dari. Vide Alexã. cõsi. xlix. col. ij. & seq. vol. ij. & p totũ.

a ¶ De quo palam. In principio huius & c. vide Bart. in l. j. C. de satisdando.

b ¶ Literis publice. Ecce quid operatur aliqd̃ fieri in publicum, & publicatio facit, quia facit rem esse notoriã: & facit

c præsumi rẽ deuenisse ad notitiam: quia quæ publice fiunt, præsumunt̃ sciri: vt hic, & in ca. j. de postula. præla. & in ca. in tua. qui ma. accu. pos. & ca. quod dicitis. xvj. dist. gl. in l. si tutor. C. de peric. tut. glo. in c. cognoscentes. de consti. & ff. de orig. iur. l. ij. in versi. pro nostris.

POMATES.

c ¶ Not. ad quæstionem. Vide quid dicat Feli. in c. ij. vlti. col. de consti. Aret. consi. xcij. col. ij.

d ¶ Habebat. Et hãc legem nota. declarat Bal. in l. fi. C. qd̃ cũ eo. in vij. colũ. & dicit Bald. in l. j. C. vt in pos. leg. in prin. q̃ vbi diuerificat̃ res, causa, vel actio, non potest subseq cõdemnatio, vt̃ qualitas, ex qua variatur actio cõpetẽs ex simplici p̃positione, per hanc legem.

POMATES.

d ¶ Habebat. Vide Alexã. in l. diuus. ff. de re iudi. & in l. qui dã æstimauerũt. §. fi cer. peta. & cõsi. lvj. col. j. vo. ij. Ro. cõsi. cx. & Alexã. consil. lxxij. col. iiij. volu. j. Aret. cõsi. cl. col. vij. & Alexã. consil. xc. col. iij. vol. iij.

e ¶ Si nõ probat. Ad idem tex. in c. ex parte. & ibi Inn. de priuil. & no. Bar. in l. j. ff. de eden. & Bal. in l. ædita. C. eo. tit. & in l. hæreditas materteræ. C. de peti. hæred. Et per istam doctrinã dici potest q̃ quãdo vnum est deductum in inquisitionem, si illud nõ probatur, sed probatur aliud diuersum, non potest sequi cõdemnatoria. Facit l. iiij. §. docere. vi bono. rap. no. glo. in l. j. §. diuus. in versi. absolui posse. ff. de sica. & Inn. in d. c. ex parte. & Bar. in l. denũciasse. §. quid tamẽ. de adult. & pulchre Bal. in l. ob hæc verba. ff. de insa. vbi dixit q̃ si quis inquisitus est q̃ mandauit delictũ cõmitti, & probatũ est q̃ instigauerit vt delictum cõmitteretur, nõ poterit cõdemnari: ad de scripta per Angelum, consi. cclxvj. & Bar. cõ. ccix. & Bal. consi. ccclxiij. lib. iiij.

De quo palam.

[a] Qui præponit aliquẽ certo loco, videtur permittere cũ eo contrahi: nisi cõtrarium literis publicẽ [b] & legitimè

b præscribat: contra quam scripturã nõ cadit ignorãtia donec durat: secus si fuerit extincta: nisi dolus cõtrahentis affuerit. h.d. vsq̃ ad §. conditio. Signa tex. ibi: cæterum qui

c præposuit, &c. Not. ad q.[c] qualiter debeat fieri reuocatio ꝓcuratoris generalis. de qua per Cy. C. mandati. l. mandatum.

Conditio. Conditio & forma præpositionis institoris inspicitur quæ si non seruatur dñs non tenetur, nisi posit variatio imputari. h.d.

Item si. Proposito vno de contrariis, aliud cessat. Item qui succumbit per actionem ineptam, recurrit ad aptã. hoc dicit.

Si à seruo. Tenetur proponẽs, licet inter cõtrahentem & institorem non cadat obligatio: & dominus

1 serui tenetur præponenti de peculio. h.d.

☞ *Accusator licet non teneatur apponere diem cõmissi delicti: tamen si ponat, & non probat, succumbit.*

2 *Si contraxi tecum respectu vnius mãdati quod credebam te habere, quod possum agere ex virtute alicuius mandati quod vere habebas.*

d **HAbebat.** [d] Qui se astringit ad vnam causam si non probat, succumbit: nec iterum eadem actione, etiam si ex alia causa agat agere potest: nisi prius restitutione præhabita. h.d. Ad euidentiam huius legis est sciendum q̃ quando quis contrahit in eam causam, in quam præpositus est expressè, sufficit ad obligãdum dominum solius causæ expressio: sed quando quis contrahit in id, ad quod quis est præpositus per quandã consequentiam, est necesse quod creditor probet in illam causam esse cõuersum, per præsumptiones, quas vidisti: & ibi dixi vobis §. tit. ij. l. vlti. & eod. tit. l. j. §. non autem.

Quid ergo. Sicut res litigioſa non põt alienari: ita nec pignori dari. h. d. Iſta exceptio litigioſi vtrum ſit in rem vel in perſonã, vide C. de præſcrip. lõgi tempo. l. j. dixi plenè in l. j. j. de litigio.

LEX II.

SI quis. Quando exceptio porrigit ad fideiuſſorẽ, porrigitur etiam ad pignus datum ab alio. hoc dicit.

1 ☞ *Si ſecundus creditor offert primo, utrum ſuccedat in ius primi.*
Et an tam in perſonali actione quàm hypothecaria.
2 *Extraneus ſoluens primo creditori, an ſuccedat in ius primi tam in hypothecaria quàm in perſonali.*
3 *Debitor ſoluens creditori quòd ſuccedat quo ad retentionem, ſi facit ſibi cedi ius.*
4 *Quis quando ſoluit de alieno, an ſuccedat in iure creditoris.*
5 *Quomodo probatur q̃ ex pecunia ſecundi à primo ſit liberatus.*
6 *Quatuor requiruntur ad hoc ut quis ſuccedat in locũ primi creditoris & in eius ius.*
7 *Hypothecaria quæ datur ſecundo, q̃ ſit eadem cum ea, quæ datur primo creditori.*
8 *Quis conſequitur per extraneum, quod per ſe habere non poteſt.*

LEX III.

ARiſto. Secundus creditor in ius prioris creditoris non ſuccedit, niſi ſit actum: & cũ actum eſt ſuccedit in pignus, & in poteſtatẽ vendẽdi. hoc dicit. Et primò ponit vnũ dictũ. Scdo ex illo

illo vnam quæſtionẽ determinat. Tertiò vnã aliã quæſtionem format, & eam determinat. Secunda ibi: quo caſu. Tertia ibi: denicq̃. Ad primũ opp. j. de ceſ. bono. l. j. quæ incip. in perſonalibus. aliàs eſt ſecunda. Sol. ille, ex cuius pecunia primus liberatur, ſuccedit in priuilegiũ perſonaliũ actionũ, vt ibi: non in hypothecaria, vt hic. Secũdò oppo. C. q̃ potio. in pi. habeant. l. j. & j. tit. j. l. potior. §. fi. Sol. gl. q̃ ibi ſecundus creditor offert primo, hic verò ipſe debitor ſoluit primo creditori de pecunia alterius. Et pro huius declaratione gl. tua diſtinguit plenè in l. j. C. de his qui in pri. credi. lo. ſucce. & ſic facit glo. tria mẽbra principalia, de quibus faciam tres queſtiones, vt examinemus eas. Et prius † quæro qñ ſecundus creditor offert primo:

1 vtrum ſuccedat in ius primi. Gloſ. dicit hic q̃ ſic, abſq̃ aliquo pacto: & ille primus cogitur recipere: & ſi non recipit, ſufficit oblatio & cõſignatio. ita dicit ibi. vide eam. Circa hoc dubi-

a tatur [a], vtrũ hoc ſit verũ tam in perſonali q̃ in hypothecaria. Videtur q̃ in hypothecaria tantùm, vt in l. j. qui potio. in pig. habeat. In contrarium videtur q̃ etiam in perſonali, vt in l. j. C. de his qui in pri. credi. lo. ſucce. Facit l. ſi pupillorum. de re. eo. & iſtud puto verũ. Pro hoc l. j. §. nunc tractemus. de tute. & ra. diſtra. Itẽ aduertendũ eſt: quia hic loquitur in ſecundo creditore: & idem ſi ipſemet ſuccedit in locum ipſiuſmet: & ſi debitum antiquũ nouandi animo ſtipuletur, vt j. tit. j. l. creditor. in prin. & de noua. l. nouare. & l. nouatio. Itẽ eſt aduertẽdum q̃ glo. loquitur quãdo ſecundus creditor ſuccedit in locũ primi creditoris: eodẽ modo poteſt ſuccedere in locũ primi dñi,

2 vt l. creditor. §. cũ ex cauſa. j. ti. j. † Secũdò quæro vtrũ extraneus ſoluẽdo primo creditori poſsit in locum eius ſuccedere. Gloſ. dicit q̃ ſic: ſed eſt neceſſe q̃ pactũ ſuper hoc apponatur. Vide glo. circa hoc quod de extraneo dicit, eſt aduertendum: nam extraneus quandoq̃ ſoluit primo tanq̃ emptor vniuerſalis: & tunc nõ eſt dubium q̃ ſuccedit in perſonalẽ & hypothecariã: vt l. emptor. C. de hære. vel act. vendi. & l. ſi inſolutũ. C. de act. & oblig. Quãdoq̃ ſoluit primo creditori gerens negotium debitoris: & tunc poteſt intelligi vt iſta gloſſ. dicit q̃ ita demum in locũ eius ſuccedit in pignore, ſi hoc eſt actũ. Sed circa hoc dubitatur vtrum primus creditor cogatur ad hoc. & tex. eſt quod nõ: vt l. nulla. C. de ſolu. licet ſecus eſſet in ſecũdo creditore offerẽte, vt dixi in præcedenti quãdo extraneus ſoluit primo creditori emendo ab eo pignus: tunc enim ſuccedit in ius illius, ſecundùm ea quæ not. in l. j. C. ſi aduer. credi. pign.

3 vendi. † Tertiò quẽro qñ ipſe debitor ſoluit primo creditori, vtrum ſit aliqua ſucceſsio in ius primi. Gloſſ. diſtinguit duos caſus. Primus ſi quidẽ debitor ſoluit, nulla eſt ſucceſsio. Iſtud fallit quandoq̃: poteſt enim ipſe debitor in ius creditoris ſuccedere quo ad ius retentionis, ſi facit ſibi cedi ius: vt l. vſuſcapio. & quod ibi not. C. de pig. & dixi in l. j. §. cùm prædium. ſ.

4 de pign. Secũdus caſus eſt † quãdo debitor ſoluit de alieno. glo. hic diſtinguit: Aut quæris vtrũ ſuccedat in hypothecaria: & tunc tria ſunt neceſſaria: ſcilicet q̃ ille ad hoc dederit pecunia vt primo ſolueretur, & q̃ verè ſit ſoluta, & q̃ ſit actũ quòd in prioris locũ ſuccedat, vt hic. Aut quæris quo ad priuilegiũ in perſonali: & tũc ſufficiũt duo, vt no. in d. l. j. aliàs ij. j. de ceſ. bono. Primũ quod dicit q̃ ſuccedit in ius hypothecariæ, intelligas niſi res eſſet vendita prius per priorẽ creditorẽ: vt not.

5 in l. ij. ſ. de pig. act. facit l. qui balneũ. j. titu. j. † Itẽ quæro quo modo hoc probat q̃ ex pecunia ſecundi primus ſit liberatus? Rñdeo, ex cõiecturis: quia fortè incontinẽti poſt pecuniã acceptã à ſecũdo ſoluit primo: vt l. ſi ventri. §. fi. j. de priui. credi. Habes etiam aliam coniecturã in l. fin. C. de pigno. Item illud, quod hic poniturſub dubio fortè, de priuilegio in perſonali: gloſſ. pro cõſtanti ponitur ſ. ead. l. ſuper verb. debet. Item eſt aduer-

6 tendũ q̃ glo. iſta † videt reqrere quatuor, vt hæc ſucceſsio fiat: ſcilicet q̃ agat vt ſibi ſit obligata, & q̃ in primũ locũ ſuccedat, & q̃ ad hoc mutuet, & q̃ ad eũ peruenìat pecunia. De primo

7 qualiter intelligitur, dicã in proxi. q. Quæro ergo, † nunquid hypothecaria quæ dat ſecũdo, ſit eadẽ cum ea, quæ dat primo. Glo. quę eſt hic, dicit q̃ nõ: ſed eſt alia ſimilis naturæ. Idem no. in l. j. C. de his qui in pri. credi. loc. ſucce. Ego dico q̃ eſt eadem verè. Ad cuius euidentiã debes ſcire q̃ quando ille, qui ſuccedit in locũ primi vult habere duplicẽ hypothecariam, ſ. primò ex perſona ſua: ſecundò ex perſona creditoris primi: quia ſua pecunia dimittit: & tunc procedit quod a dictũ eſt in glo. in præcedẽti q. q̃ quatuor requirũtur: ſcilicet q̃ ſibi ſit obligata. Ex hoc enim acquirit hypothecariam ſibi ex pſona ſua. ſecundũ quod in ius primi ſuccedat: & ex hoc habet hypothecariam ex pſona alterius. Alia verò duo ſunt clara. Et ex hoc apparet declaratio tex. huius l. in fi. quia pactũ appoſitũ de nõ vendẽdo, intelligit q̃ hypothecaria ſua remaneat: quia ſuccedit in hypothecariã primi cum omni ſuo iure: & ſic ex vigore illiusvẽdere potuit. Si em eſſet vna hypotheca tan-c tũ illud pactũ q̃ non liceat, nõ poſſet referri nec effectũ operari: nec hypotheca quã habebat ex pſona primi: & ideo tunc vendere nõ poſſet. & quod hoc ſit verũ, q̃ eadẽ ſit hypothecaria, apparet ex text. C. de his q̃ in pri. credi. lo. ſuc. in rubro & nigro, dum dicit, hoc per extraneũ, &c. hoc eſt, ex iure quod habet ab extraneo. Nec mirũ: quia iura realia poſſunt ſeparari à nobis: & hypothecaria eſt in rẽ, vt l. j. ſ. de pign. ergo, &c. Sed ad hoc opp. quomõ ex pacto facto cũ debitore acquirit huic ſecũdo ius primi creditoris. Glo. hic ſoluit, & bene. hoc enim fit lege permittẽte: quæ vult & fingit primũ creditorẽ hoc velle qñ ſibi ſoluit. Et ex prædictis apparet q̃ ſi ille qui pecuniã mutuat vltimo, vellet in ius primi ſuccedere & ipſe nouã hypothecam ex ſua perſona non haberet, q̃ ſufficerẽt tria vltima, quæ poſita ſunt in gloſ. & ea quæ dixi q̃ idem eſt ius ſecũdi quod primi, intellige in iure pignoris: nam in perſonali quæ eſt inſeparabilis ab oſsibus noſtris: vt l. iij. ſ. pro ſoc. & l. quis ergo caſus. ſ. de peculio hoc nõ poſſumus dicere: ſed eſt alia, ſ. vtilis, vt d. l. j. §. nunc tractemus. j. de tut. &

8 ra. diſtr. † Vltimò habetis ex hac l. [b] q̃ cõſequit q̃s per extra

b neũ, quod per ſe habere nõ põt. Glo. ponit plures concordantias: & alleg. multa cõtraria. Breuiter dic: quod nõ poſſum per me, nõ poſſum per aliũ noſie meo gerentẽ. Ita loquunt omnia argumẽta facta in cõtrariũ. quod tamen intellige cũ determinatione eius quod no. in l. labeo. j. de vſuſca. & per Dyn. in c. poteſt quis. de regu. iur. lib. vj. vbi quod non poſſum per me, poſſum per alium non meo nomine gerentem: & ſic ex perſona alterius conſequor. hic eſt caſus cum concor. ſuis, &c.

SI Titius. Quando eſt in poteſtate debitoris an perficiat obligatio, illud tempus perfectionis inſpicit, non initiũ: ſecus ſi in eius poteſtate non eſſet. h. d. Nota iſtã diſtinctionẽ, quod declarat iuriſcõſultus melius j. tit. j. l. j. Nota q̃ licet creditor promittat pecuniã, non habet neceſſe debitor eã recipere: vt l. pecuniã. ſ. ſi cer. pe. & hoc eſt verũ qñ mutuabat gratis: ſec⁹ ſi ſub vſuris. qd̃ intellige vt no. ī l. q Romę. ī pri. j. de ver. ob. &c.

¶ Dubitatur. Vide l. j. C. qui po. in pigno. habean. Adde quid ſi ſecũdus creditor verbo tãtũ obtulit, ideo ſuccubuit: an iterũ poterit offerre realiter, Bald. q̃ non: cõſi. l. in cipien. ſecundus creditor. lib. iij.

b ¶ Ex hac lege. An poſſim ab extraneo cõſequi id, quod p me nõ poſſum, facit qd̃ not. in l. ſi fundus. §. penultim. ſ. de pigno.

✠ P. PAV. P.

¶ Qui potiores. Circa hanc materiam vide Cepol. cautela cxxxvij.

Qui potiores [c] *in pignore habeantur.* *Rubrica.*

c

1 ☞ *Quando finis habet neceſſariam conſequẽtiam ad principium, inſpicitur principium: & quomodo intelligatur hoc.*

LEX I.

QVi dotem. Quando in poteſtate debitoris eſt, pecuniã non recipere, tempus ſolutionis inſpicitur, quando non eſt in poteſtate, tempus obligationis contractæ inſpicitur. h. d. Nota quod dixi in ſummario. declaraui in l. pen. ſ. tit. j. Oppo. q̃ eſt in poteſtate mariti pecuniam promiſſam ſibi non recipere. poteſt enim per acceptilationem liberare: vt l. vir ab eo. j. de iure do. Solu. Vir non poteſt hoc commodè: quia ſi mulier remaneret indotata, ipſe habet neceſſe ſuſtinere onera matrimonij. & ſic videtur nõ poſſe: vt l. nepos Proculo. j. de verborum ſignifica. Ita dicit gloſ.

1 & Azo. quod not. pro eo quod dicitur, † quando finis habet conſequentiam neceſſariam ad principium, inſpicimus principium: quòd iſtud intelligatur de neceſsitate præciſa, vel ita quòd commodè præteriri non poſsit. Ita debet intelligi quod dixi in l. iij. §. Seio. ſ. de mino. Opp. j. eod. l. Lucius. Sol. gloſ. quòd diſtinctio huius l. habet locum in eo quod principaliter venit in obligatione, non in vſura. &c.

a ¶ Poſt diuiſionem. Facto pacto ꝙ liceat rem vẽdere, intelligit ex hoc res obligata in pignus, & per iſtũ dicit not. Bal. in l. creditores. in fi. C. de pig. ꝙ ſi tibi mutuaui cẽtum, & nõ obligaſti mihi bona aliter ꝗ ꝙ dediſti mihi licentiam de ingrediendo propria authoritate, ſi in termino non ſoluerís: certè per iſtã licẽtiam intelliguntur bona hypothecata. Et dicit Bald. ibi ꝙ hic videt casus ꝙ ſic. Et iſte casus non eſt alibi: quod not. Adde anvaleat pactũ factũ in diuiſione ꝙ vnus nõ emat de bonis alterius: & an transeat ad hæredes, Bal. cõſi. cccxxxviij. lib. ij.

b ✠ POMATES. ¶ Si debitor. Vide quid per iſtam voluit Alex. i. conſi. xij. in v. col. ij. vol.

c ✠ POMATES. ¶ Ratione cauſæ. vide Alex. in l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indeb.

d ¶ Not. iſtos casus. Et iſtis casibus poterit ſe retentione tueri, vt no. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cõdit. inde. et ibi Bar. Adde de expẽſis factis cauſa cuſtodiæ alicuius caſtri.

c ✠ P. PAV. P. ¶ Priuilegia habeat. Vide Ial. in l. creditor. la j. ff. ſi cer. pet.

f ✠ P. PAV. P. ¶ Niſi ſit mulier. Vide Veronem cautel. cxxiiij. col. ij. tenentẽ contrarium.

LEX II.

Vi generaliter. Prior tẽpore præfertur poſteriori, ſiue generalem ſiue ſpecialẽ hypothecã habeat, niſi aliter actum ſit, h.d. Opp. C. de pign. l. ij. Sol. vt in gl. Item opp. ad ſecundum caſum de l. idem ꝙ. §. ſi tibi. j. e. Sol. ibi ſimul acceperunt: hic ſeparatim. & iſta eſt vera: vt ibi dicetur, &c.

LEX III.

Reditor. Pignora in obligatione nouante repetita intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis. h.d. Opp. de l. nouatione. j. de noua. Sol. in obligatione nouãte pignora nõ intelliguntur repetita niſi actum ſit, vt ibi, ſed quãdo eſt actum, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis. & ita loquitur hic.

☞ *Res aliena nobis debita ꝙ poſſit obligari à nobis.*
Quis poteſt ſuccedere in locum prioris domini, ſicut ſuccedebat in locum prioris creditoris.

Cum ex cauſa. Si primo obligetur res debita ſecundo, eadem effecta propria prior in tẽpore præfertur, niſi ſecundus in locũ debẽtis rem ſucceſſerit. h.d. † No. ꝙ res aliena nobis debita poteſt à nobis obligari: ꝙ dic vt l. j. in prin. §. de pig. Secundò no. † ꝙ ſicut quis ſuccedit in locũ prioris creditoris: ita poteſt ſuccedere in locum prioris dñi, vt dixi in l. Ariſto. §. tit. j. Op. j. e. l. qui balneum. §. fi. Gl. ſoluit & bene ꝙ hic erat debita, ibi non eſt. & ibi dicã.

☞ *Ex pacto de uendendo præſumitur contractum pignus. Adde Cepol. in tract. de ſtmu. contra. col. ij.*
Ius reale conſtitutum ab uno ſocio pro parte indiuiſa facta diuiſione remanet in eodem ſtatu quo primo erat: ſecus in iure perſonali.

a Poſt diuiſionẽ. [a] Facto pacto † quod liceat vendere, intelligitur res obligata. Itẽ pignus in parte indiuiſa durat pro indiuiſo, etiã poſt diuiſionẽ inter ſocios factã. h.d. & fortis §. eſt. † No. ꝙ ius reale ab vno ſocio pro parte indiuiſa cõſtitutum, facta diuiſione remanet in eo ſtatu, in quo primò erat: ſecus in iure perſonali: vt in l. Iulianus. §. idem Celſus. ſ. de act. emp. dic vt ibi dixi, &c.

b SI debitor. [b] Ius ſecundi creditoris cõfirmatur, ſi pignus ſeu ius primi liberat ſolutione vel compenſatione, vel alio modo. h. d.

In equo pignorato quis præfertur etiã anteriori, p expẽſis, alimẽtis, ac cuſtodia.
In rebus repoſitis in domo conducta ad ipſarum rerum conſeruationem dominus domus præfertur omnibus pro penſione domus.
Diſpoſitio huius legis quòd habeat locum etiam ſi prior habebat rem ſpecialiter hypothecatam.
Qui mutuauit pecuniam ad rem conſeruãdam, quòd in ea habeat tria priuilegia.
Mutuans pecuniam ad rem emendam, an & quando habeat tacitam hypothecam ſuper ea.

INterdum. Regula eſt ꝙ qui prior eſt in tẽpore potior eſt in iure, vt in præcedẽti l. quæ regula fallit interdum. & ideo hęc lex incipit, interdum. q. d. hoc caſualiter, nõ generaliter. in ſumma h. d. Ratione cauſæ [c] poſterior poteſt eſſe potior priore, veluti ſi ad rẽ conſeruãdam poſterior creditor debitori crediderit. h. d. cum l. ſeq. Nota iſtos cauſus [d], & ſpecialiter quod dicitur de alimẽtis & † expenſis cuſtodiæ: qd̃ eſt vtile pro eo qui accepit equũ pignori, & in alimentis equi & expenſis famuli ſeu ragatij cuſtodientis, & in penſione ſtabuli prefertur omnibus anterioribus. Not. etiam quod dicitur de naulo, † vt ille qui habet res obligatas pro penſione domus vbi ſunt repoſitæ, præferatur omnibus: quod tamen videt intelligẽdum de penſione domus neceſſaria ad cõſeruationẽ ipſius rei: ſecus de pẽſione domusquę erat cõducta ad habitationẽ tm̃. hoc em̃ nõ eſt cauſa conſeruãdarũ rerũ: & ſic ceſſat ratio literæ. Opp. in auẽ. de æquali. do. §. his conſequẽs. coll. vij. poſita C. eo. auẽ. quo iure. Sol. ibi prior præfertur ideo quia habebat hypothecam priuilegiatã & priuilegium perſonale, vt mulier: hic verò habebat ſolùm hypothecã, ſecundùm gl. & bene. † Quæro vtrum iſtud, quod hic dicit̃ habeat locũ ſi prior habebat rem ſpecialiter obligatã. Io. ꝙ nõ. Azo dicit cõtrarium, & bene. quod dic vt in gl. & c. Venio ad gl. magnã, & primò quæro † quot priuilegia habeat [e] ille qui pecuniã credidit ad rem cõſeruãdam. Glo. dicit tria. Primò ꝙ in perſonali alijs pręfertur. Item ꝙ habeat tacitum pignus. Itẽ quia illa tacita præferẽ etiã prioribus habẽtibus expreſſam. & iſta eſt vera. Secundò quæro † quid ſi aliquis pecuniam mutuauit ad rem emendã. Dicit gl. ꝙ iſte nõ habet tacitam hypothecã: vt l. quãuis. C. de pig. niſi in pupillo, vt j̃. l. pxi. vel niſi ſit actũ: vt l. licet. C. eo. Sed qa iſtud eſt aliquãtulũ difficile, ideo dic ꝙ qñ ꝙ quis mutuat pecuniã ſimpliciter, non exprimẽdo ad rem emẽdam, tñ ex ea res emit̃: & tũc nõ habet priuilegiũ, nec ꝗ in perſonali, nec ꝗ in hypothecaria: vt ſ̃. de trib. l. pcurator. §. planè. Quãdo ꝗ quis mutuat pecuniam ad rem emẽdam, nõ expreſſo ꝙ illa res ſit ei obligata: & tũc habet priuilegium in perſonali, nõ in hypothecaria: vt j̃. de priuil. cred. l. quod quis. Quando ꝗ quis mutuat ad rem emendam pacto expreſſo, ꝙ illa ſit ſibi obligata: & tũc habet priuilegium in perſonali: & habet tacitã hypothecã, & priori bus præfertur: vt l. licet. C. eo. niſi ſit mulier [f] quæ præcedit in pignore ex cauſa dotis, vt in auẽ. de æquali. dot. §. his conſequens. & ita tenet ibi gl. licet aliter dicat in auẽ. quo iure. C. e. & ita videtur intelligere gl. in l. proxi. circa prin. Item quęro quid de eo qui credidit ad domum vel nauẽ faciendam. Rñd. idem quod dixi in eo qui credidit ad nauem emendam.

☞ *Priuilegium datum pupillo intelligitur, ut non auferat ius alterius.*
Res empta ex pecunia pupilli, eſt ſibi obligata.
Item poteſt eam uendicare utili uendicatione.

IDemque. Iſta lex legitur duobus modis. Primo, ſecũdùm gloſ. paruã poſitã ſuper ver. cõparata. quæ eſt additio: & breuiter h. d. Pupillus in re per eũ empta pręferẽ anterioribus creditoribus, quatenus eius pecunia eſt ſoluta. h. d. Et ſecũdum iſtam lect. daretur materia fraudandi hypothecariam, vt ſic nunquã creditor volẽs agere hypothecaria vinceret vẽdendo rem pupillo, ita ꝙ apparet ex bonis eius pretiũ numeratũ eſſe: tũc enim vẽditor nõ poteſt cõueniri: quia nõ poſsidet: & pupillus nõ, quia emit de ſua pecunia. Sed iſta lect. non eſt vera, primò quia nec mulier in dote habens tacitam hypothecam præfertur prioribus habẽtibus expreſſam, ſecũdùm veram opi. in l. aſsiduis. C. eo. Ita dicebat Richar. Mal. Secũdò † quia priuilegiũ datũ pupillo intelligitur, ita ꝙ nõ auferat ius alterius: vt l. impuberi. de admini. tuto. Sed ſecundùm hoc auferẽ ius alterius ignorantis: ergo &c. Ita tenebat Richar. vt diximus, & etiã d. Cyn. & iſtã lect. nõ ponit Azo in ſumma. Legitur ergo ſecundo modo in ſeq. gl. & ſic legit Azo in ſumma C. eo. ſecũdùm quã breuiter h. d. In re empta per debitorẽ ex pecunia pupilli, pręfertur pupillus anteriorib̃ creditoribus, quatenus eius pecunia eſt ſolutũ. h. d. & iſte caſus eſt verus: nec per hoc aliqua iniuria fit creditori primo. Nam debitor non haberet rem, niſi ex pecunia pupilli empta eſſet: meritò pupillus præfertur. Opp. de l. quãuis. C. de pig. Sol. † ſpeciale eſt in pupillo, vt res empta ex eius pecunia ſit ſibi obligata, vt hic: idem vidiſtis ſ̃. in l. prox.

Secundò opp. ꝙ idem ſit in maiore: vt C. eo. l. licet. Sol. illud eſt verũ qñ eſt actũ: ſed in pupillo etiam ſi nõ eſt actũ. Tertio op. ꝙ res empta ex pecunia pupilli eſt pupilli: ergo nõ eſt ſibi obligata. Vnde dicitur obſtare j̃. quãdo ex fact. tut. l. j. & ij. & C. arb. tut. l. curator. Sol. gl. notabiliter ꝙ non verè eſt pupilli, licet poſſet eam vendicare vtili vendicatione: & ideo ſi vult, poteſt eam euincere per hypothecariam. Ita loquitur hic, &c.

☞ *Quis creditor præferat in rebus quæſitis poſt duas obligatiões ſucceſſiuè factas.*

Si tibi. Si duobus res ſimul obligatur ſub cõditione, quę ſimul extitit, ambo concurrunt in pignore. h. d.

Oppo.

a ¶ Oppo. de l. qui generaliter. Adde l. fi. §. fi. cũ ibi no. j̃. eo. adde Specu. in tit. de obli. & ſol. §. j. ver. itẽ pone. & Ioan. And. ibi in addi. qui ponit aliam quæſtionem de obligato duobus ſucceſſiuè: & generaliter qui poſt poſſeſsionem cuiuſdam rei quæſiuerit quam ſecundus poſsidet. & quærit an primus creditor poſsit ex ſua obligatione auocare. ibi vide, & dicta Bar. Spe. & Ioã. Andr. limita non procedere cũ ſecundus creditor eſt priuilegiat̃: qa in tũc poſtea acquiſitis præferẽ ſecundus, vt voluit Bald. conſilio ccclxxxix. j. lib.

b ¶ Si pignus. Vide Dyn. in reg. q prior, &c. aliàs qui potior.

c ✠ POMATES. ¶ Qui Balneum. Limita & amplia regulam huius tex. Bald. c. contingit. col. iiij. de dolo & contumacia. capi. ex literis de pig. in addi. quæ incipit, adde tamen. & vide Roma. conſi. cccxiij. & exclamat conſilio ccccxcv. & Frãc. Cremen. ſing. clxiij.

d ¶ Cõditione. An cõditione exiſtente obligatio retrahat̃ vſq ad tempus cõtract̃, vide Bar. in l. lecta. in penul. q. & hanc legẽ & ſimiles limita vt per Bart. in l. quoties. in fi. per illũ text. j̃. de noua. & hic eſt tex. in verſi. ſed ſi hæres. ꝙ ĩ legatis cõditio caſualis trahit̃ retro, ſicut in contractibus: licet Bar. videatur ſenſiſſe cõtrarium in multis locis [i] in l. ſi filius. in prin. ff. de ver. obli. & in d. l. ſi is q pro ẽpto. Et iſta iura faciunt ſi ex forma ſtatuti inſtrumẽta guarẽtigię pura & liqda habeãt executionẽ paratã: an illud habeat locũ in inſtrumento à principio cõditionali, cui̇ cõditio poſtea eſt purificata. Ang. in l. ſeruum. §. Titius hæres. de vulg. & pupil. per glo. ibi tenuit ꝙ ſic. ſed ibi do. Ioã. cõtra. Item intellige in obligationibus et hypothecis: ſecus in dominio & libertate ne in eodẽ tẽpore inuenian tur inſolidũ duo dñi. Ita dicit Bal. in l. j. ad fi. C. qñ ſeru. ex ſuo fa. vbi etiã limitationẽ dedit. vide ibi. & ſi p ſtatutũ nõ poteſt cõtrahi ſuper bonis rebellium, non valebit contractus conditionalis: ſed ſi conditio exiſtat poſt rebannitionem: per hanc l. ſecundũ Bal. in l. j. in fi. C. de nundi. Item qd̃ dicitur ꝙ obligatio trahitur retro: eſt verum quo ad obligationem, non quo ad præſtationẽ. Ita dicit ray. & Imol. in l. huiuſmodi. de verb. ob. Et de materia per doctor. in d. l. ſi filius. in prin. in ver. ob. l. vnũ verſi. hic per Bald. & per Imo. in l. ſi communiſeru̇ meus caſtren. pecul. §. fin. in j. colum. de ſtipu. ſer. Et iſta lex, quæ loquitur in obligatione pignoris facta in contractu, non habebit locum in obligatione legali pro legato conditionali, pro quo tacitè ſunt hypothecata bona: quia in vltimis voluntatibus conditio non trahitur retro. ſecundum Raph. Cuma. in d. l. ſi filius. de quo ibi latius per eum: qui poſtea inclinat per iſtum tex. in contrarium, in verſic. ſed hæres. Et ad intellectũ iſtorum iuriũ vide Paulum de Caſt. in l. quidam cum filium. §. fi. de verbo. oblig. in eo. ver. cõditione ꝙ Dynum in regu. q prior. de regul. iur. in vj. & tangitur in cj. in fin. eo. titu.

✠ P. PAV. P. ¶ Si eſt poteſtatiua. Vide Veronẽ cautela cxliiij. inci. vulgaris eſt regula & vide omnino Aretinũ in l. quidam cum filium. §. j. de verbo. obligat. poſt Pau. de caſt. vbi tangit, an ſolum procedat hoc quando eſt poteſtatiua ex parte debitoris, & an ſecus ſit ex parte ſtipulatoris: vt tenuit Paulus ibi. quem refert hic Alexander. Item vide textum in c. ſi protẽ. de reſcriptis. in vj. vbi in reſcripto ad beneficia non trahitur retro, & pondera gl. ibi in verbo, ſi ad id dum reſpondet ad regulam huius legis. et dicit ideo illud ibi, quia erat in poteſtate papæ diſcedere à cõditione, pendente ab illa conditione. quod ſec̃ eſt hic. et ſic vult quòd vbi quis poſſit recedere à contractu conditione pendente: tunc non trahe retur retro. Itẽ quod in obligatiõe annua facta ſub conditione non trahatur retro conditio ad preſtationem fortis aut conditionis implemẽtum, vide Paulum de Caſtro in l. huiuſmodi. la ij. de ver. oblig. per illum tex.

¶ Oppo. de l. creditor. & iſtum textum allegat Bartolus, pro caſu gloſſ. in l. ſi quis fundum. j. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſicut. C. de præſcript. xxx. annorum.

☞ Et ſi omnes codices quos viderim, in hac vltima oppo. ibi creditor non habet, admittant negatiuã: ego explodi debere autumo: quum et ſenſus oppo. & text. in §. j. in ea adductus iſtã omnino exigant. Alex. Loſæus.

✠ POMATES. ¶ Si & iure. Vide Imol. cõſilio cx. in iij. colum.

a ☞ *In pignore prætorio an uno immiſſo omnes iudicentur immuſi, & habeat locũ regula, qui prior.*
In pignore capto ex cauſa iudicati, quòd uno immiſſo cæteri non dicuntur immiſi: & habet locum regula qui prior.
Differentia inter pignus prætorium & quod capitur ex cauſa iudicati.

h SI & iure. [h] Iſta eſt ſubtilis lex, & breuiter h. d. In pignoribus captis ex cauſa iudicati, qui prior eſt tẽpore, potior eſt in iure. Opp. de l. fi. C. de bo. auth. iud. poſ. & l. ſi finita. §. ſi plures. j̃. de dam. infect. & l. qui autẽ. §. ſciendum. j̃. de his quæ in frau. cred. & l. cũ vnus. j̃. de bo. autho. iu. poſ. & l. is cui. §. qui prior. j̃. vt in poſ. leg. Huius timore gloſ. dicũt vbique, aut oẽs prætendũt eundẽ titulum: & loquuntur contraria, vt quia omnes ex cõtractu ſunt, vel omnes legatarij, vel omnes ex cauſa damni infec. Aut prætendunt titulum diſsimilẽ & habet locum regula. & ita loquit̃ hic. Pone ergo caſum ſcdm gl. quod primò eſt miſſus ĩ poſſeſsionẽ aliqs creditor: ſecũdò legatari̇

Oppo. de l. qui generaliter [a]. ſ̃. eod. Cuius timore hic ſunt duæ opi. † vna ꝙ vtraque conuẽtio fuerit facta ſimul & ſemel. & iſta eſt indubitabilis & vera. Alia ꝙ cõuentio facta Titio fuerit poſt primam ex interuallo. Nec obſtat l. qui generaliter. quia ibi tẽpore vtriuſqꝫ obligationis res erat in bonis debitoris: hic non: ſed poſtea ſuperuenit, quo tempore vterque erat creditor: & ſic vterqꝫ eſt in pari cauſa, vt hic, ſecũdùm gl. Sed contriũ diſputauit Iac. de Aret. & bene: quia caſus eſt in l. fi. infrà eo. & ibi dicã. & in l. hac edictali. §. omnibus. C. de ſecun. nu. & in l. in rebus. C. de iu. dot. quod recitat Cyn. in l. licet. C. eo. & gl. plenè tractat in l. ſi is qui. j̃. de iur. fiſci. & ibi plenè dixi.

SI pignus. [b] Res publica vel priuatus prior in tẽpore præfertur fiſco in iure. h. d.

☞ *Conditione exiſtente obligatio retro trahitur, ſi cõditio eſt caſualis: ſecus ſi poteſtatiua.*

QVibalneum. [c] Tempus conuentionis inſpicit̃, ſi non eſt in poteſtate debitoris, an debitum cõtrahatur, vel cõditio impleatur. ſed ſi in eius fuerit poteſtate, tẽpus cedit & venit dies obligationis inſpicitur. h. d. † Nota ꝙ exiſtente conditione [d] obligatio retro trahit̃, ſi conditio eſt caſualis: ſecus ſi eſt poteſtatiua [e] quod dixi plenè in l. ſi is qui pro empto re. inv. q. principali. j̃. de vſuſca. Videbitis in l. potior. j̃. eod. & in l. j. ſ̃. eod. & ſupra titul. j. l. penul.

TItia. Pignus ſuper re aliena contractum nõ poteſt confirmari, ſi tempore, quo cã confirmationis euenit, res in bonis debitoris nõ reperiatur. hoc dicit. Fortis eſt & not. eſt caſus. Primò obligaui Titio rem alienam. Secundò obligaui eam Caio. Tertio emi rem alienam. Quartò illam rem Sempronio vendidi, & pretium ſolui primo creditori: ſecundus non poteſt auocare à poſſeſſore: quia nunqꝫ fuit ſibi illa res obligata. Opp. ꝙ vterqꝫ cõcurrit, & ꝙ vtriqꝫ ſit fundus obligat̃ pro parte, vt l. idẽqꝫ. in fi. & ſ̃. eo. de pig. l. ſi fundus. §. ſi duo. Solu. dicit gl. hic fundus non fuit ſecundo obligatus ſimpliciter, ſed ſub hac conditione, ſcilicet ſi deſierit eſſe Titio obligatus. Iſta gl. non bene format oppoſitũ: nam l. idemꝫ. in fi. ſ̃. eo. debet intelligi qñ duobus fuit ſimul obligata res ſecũdũ verã lect. quã ego poſui. hic aũt fuit obligata ſeparatim vt tex. dicit. Si em̃ ibi fuiſſet obligata ſeparatim, prior eſſet potior: vt ibi dixi. & ſic d. lex non obſtaret. Itẽ d. l. ſi fundus. §. ſi duo. ſ̃. de pig. dicit ꝙ qñ res obligat̃ pluribus ſeparatim, ꝙ cuilibet eſt obligata inſolidũ. & ſic gl. nõ bene opponit dũ dicit ꝙ vtriqꝫ pro parte eſſet obligata. Forma ergo oppo. de d. §. ſi duo. ſic. Quãdo res duob̃ obligatur ſeparatim tũc cuilibet videtur obligata inſoliduum: vt d. §. ſi duo. ergo quando res peruenit in dominium debitoris, confirmatur pignus vtriuſqꝫ æqualiter, licet prior ſit potior. Huius timore dicit glo. quòd ſecundo erat obligata ſub conditione, ſcilicet cùm primo obligata eſſe deſierit: aliàs bene ſuſtentari non poſſet. Et iſtam tene. Vel dic vt dicit gl. quòd hic Mæuius ſecundus ſciebat rẽ eſſe obligatam alteri, & alienam. Iſta nõ eſt vera: quia non tenet pignus tunc: nec cõfirmaretur aliquo caſu, etiam ſi eſſet in bonis debitoris omni tempore. cuius contrariũ innuit hic tex. Secundò opp. & videtur ꝙ pignus ipſius Titij primi creditoris nõ ſit confirmatum, vt d. l. j. ſ̃. de pig. Sol. dicit gl. hic erat res mulieri debita. Iſta non eſt vera: quia ſecundũ hoc valuiſſet ab initio tam in perſona primi, quã ſecundi: vt l. creditori. §. j. j̃. eod. Vnde ſoluit glo. ſecundò, & benè, ꝙ hic creditor ignorauit. Item oppo. dicitur hic, ſi æſtimatum fuit datum in dotem: & ſic innuit ſecus, ſi nõ æſtimatum. Contra: quia etiam rei nõ æſtimatę dominium trãſit ad marítum: vt l. in rebus. C. de iur. dot. & l. doce. C. de rei ven. Solut. dicit gl. ſubaudi, maximè. Sed hoc non eſt verum: quia ſi datũ eſſet in æſtimatum, ſaltem mulieri, prædium eſſet debitũ ſeu obligatum in cuentũ reſtituẽdæ dotis, propter quod valeret pigṅ primi & ſecundi creditoris: & ideo ſignanter dicit tex. æſtimatum: quia tunc nõ debetur prediũ ſed æſtimatio. Opp. d. l. creditor [f]. §. j. ſ̃. e. Sol. vt ibi dixi. & ex prædictis paret. Oppo. dicitur hic in ſi. hoc tamẽ ita ſi bona fide. contra, quia ſiue bona ſiue mala fide, [g] creditor nõ habet ius: cu ☞ ius creditoris ius eſt præferendũ. vt l. j. §. j. ſ̃. ſi pars hęre. peta. Solu. dicit gl. hic ſub audit maximè. Tu dic, nõ eſt ſubaudiendum, ſecundũ Richar. Malum. quia non fuit datum in dotem mala fide, nõ videt̃ mulier deſinere poſsidere: vt in reg. pro poſſeſſore. extra, de re. iur. libro vj. Ideo caderet in obligationem ac ſi alienatum tunc non eſſet. &c.

f ¶ Oppo. de l. creditor. & iſtum textum allegat Bartolus, pro caſu gloſſ. in l. ſi quis fundum. j. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſicut. C. de præſcript. xxx. annorum.

g ☞ Et ſi omnes codices quos viderim, in hac vltima oppo. ibi creditor non habet, admittant negatiuã: ego explodi debere autumo: quum et ſenſus oppo. & text. in §. j. in ea adductus iſtã omnino exigant. Alex. Loſæus.

✠ POMATES. ¶ Si & iure. Vide Imol. cõſilio cx. in iij. colum.

a ¶ Cùm vnus. Differt pignus prætorium à pignore ex causa iudicati: declarat Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſu per rebus. de re iudic. vbi alleg. iſtã legem.

b ¶ Pignus. Nota pro ſtatuto quando capi tur hodie pignus pro executione inſtrumẽ ti. Adde Bar. in l. cùm vnus, &c.

c ¶ Si primus. Hic eſt tex. valde not. quem ponderat Bal. in rub. C. de priuil. do. in iiij. colum.

d ¶ Si tecum. In ſi. hu ius vide Bar. in l. ſi. C. de remiſ. pig. adde qd̃ Io. an. in addi. ad Spe. in rub. de ſol. format queſt. de illo qui rem mihi obligatam ſine meo conſenſu obliga uit ſecundo, & demũ tertio cũ meo conſen ſu: an videat remiſsũ ius quo ad ſecũdum: & tenet ꝓ ſic, per l. Lucius. j. quib. mod. pig. vel hy. ſol. Et ita refert tenuiſſe domi num ſuum & homo. bono. Cremonẽſem.

aliquis vel ex cauſa dãni infecti, vel alia, vide gl. & idem tenuit Dyn. de reg. iu. c. qui prior. lib. vj. & omnes alij docto. Sed mihi ſemper diſplicuit iſta diſtinct. Nam l. ſi. C. de bo. auth. iudi. poſ. & l. cùm vnus. j. de bo. aut. iud. poſ. indiſtinctè dicunt ꝓ vno creditore immiſſo videantur omnes immiſsi: ſed conſtat ꝓ legatarius eſt creditor reſpectu heredis: vt l. j. C. de bo. aut. iudi. poſ. ergo &c. Eſt ergo aliter diſtinguendũ. Dic ergo † in pignore prætorio ꝓ qñ ꝓ illud cõſequit ille, qui implorat iudicis officiũ petendo cautionẽ de damno infecto vel cautionẽ legatorũ: & tũc vno immiſſo nõ videntur alij oẽs immiſsi: ſed opus eſt nouo proceſſu: vt d. l. ſi finita. §. ſi plures. j. de dam. infect. & l. ſi cui. §. qui prior. j. vt in poſ. lega. Et licet alij poſtea immittant, nõ habet locũ regula, q̃ prior eſt in tẽpore, potior eſt in iure. Nã prætor eadem æquitate qua vocat primum, vocat etiã ſecũdum: nec curat de prioritate tẽporis: vt d. legibus. Qñ ꝓ ille, qui cõſequit pignus prætoriũ, intẽtat actionẽ ſibi competentẽ: & tũc vno creditore immiſſo, oẽs videant immiſsi: nec eſt opus nouo proceſſu: & tũc ſufficit ꝓ alij poſtea veniant intra biẽnnium: & de credito doceant, & expẽſas cõtribuant: vt l. ſi. C. de bo. auth. iud. poſ. & l.

a cùm vnus[a]. j. de bo. aut. iud. poſ. & tũc non habet locũ illa regula, qui prior eſt in tẽpore, potior eſt in iure; quia tũc nullus prior eſt tpe: vt l. q aũt. §. ſciẽdũ. j. de his quæ in frau. cre. Ratio qa tũc prætor nil nouũ facit, & nihil iuris plus attribuit creditorib⁹, ſed illud qd̃ facit, ptinet ad ordinẽ, per quẽ creditores ad ſuũ perueniãt. Ita dicit tex. in l. cũ vnus. j. de bo. aut. iu. poſ. Et hoc videt locum habere ſm iura iſta: ſecundùm quæ fiebat miſsio in oĩbus bonis. Hodie verò qñ fit miſsio ꝑ mẽſura debiti declarati: vt in auk. & qui iurat. C. de bo. au. iu. poſ. poſſent iſta habere locũ, ſi fortè in bonis debitoris nõ erat niſi res illa quæ à primo creditore eſt capta, in quam oẽs videntur immiſsi. Sed ſi alij vellẽt immitti in alias res: tũc eſſet opus nouo ꝓceſſu. Ita videt ſentire gl. in d. l. cũ vnus. de bo. au. iud. poſ. qñque ſunt plures creditores, quorũ quidã prætendũt pignus prætorium: quidã cõuentionale: & tũc habet locũ regula, qui prior

2 eſt in tẽpore, potior eſt in iure: vt l. ij. C. e. † Et prædicta omnia loquuntur in pignore prætorio, quod dat ex primo decreto: ſed ſi pignus capit ex cauſa iudicati: tũc nõ habet locũ quod ſ. dixi de pignore prætorio, vt vno immiſſo cæteri oẽs immiſsi videantur. Non em oẽs alij habẽt ſniam pro eis, ſicut habet iſte: & ideo tũc habet locũ regula, q̃ prior eſt in tpe, potior eſt ĩ iure.

b Caſus eſt hic, & in l. ij. C. e. Eſt em differẽtia inter pignus[b] prætoriũ, & pignus quod capit ex cauſa iudicati: & ideo in C. habemus duos tit. vnũ de prætorio pignore: et aliũ, ſi ex cauſa iudicati. Et ex hoc dico, hodie qñ pignus capit ꝑ executione inſtrumẽtorũ, quæ habẽt vim ſniæ ſm formã ſtatutorũ Italiæ, ꝓ vno immiſſo cæteri nõ videant immiſsi. & haberet locũ regula, qui prior eſt in tpe, &c. & ita loquit hic. Habuiſtis ergo in hac l. duas lec. vnã ſm gl. & aliã quã ego poſui. Poſſet etiã legi tertio modo tenẽdo gl. ꝓ idẽ ſit in pignore prætorio, qd̃ in eo qd̃ capit in cãm iudicati: vt dicamus ꝓ hic aliq̃ fuerũt immiſsi ex cã iudic. poſtea alij cœperũt eſſe creditores de nouo. Certè tũc q̃ prior eſt tpe, potior eſt in iure. Primo em tũc immiſſo cæteri nõ pnt videri immiſsi in poſſeſsionẽ: qa tũc creditores nõ erãt. Quã lec. puto verã in ſe, nõ tñ quantũ ad l. iſtam. Secũda eſt vera, quam ſ. poſui. quod no. & tene menti multum &c.

POtior. Si obligatio cõditionalis purificetur, retro non trahitur, niſi fuerit conditio poteſtatiua: ſecus ſi caſualis. h. d.

Si colonus. Iſte §. poteſt cadere ſub præcedenti ſummario. Vel dic: Licet obligatio principalis ſit pura, ſi tamen obligatio pignoris eſt ſub conditione po teſtatiua contracta, tẽpus exiſtentis conditionis inſpiciũ. h. d.

Si de futura. Si obligant partus vel fructus futuri, requiriũ ꝓ res principalis ſit in bonis debitoris tẽpore obligationis. h. d. Opp. ꝓ hoc non ſufficiat: vt l. Paulus. §. ſi mancipia. ſ. de pig. Sol. vt in glo. & bene. & vide quod no. in l. j. §. cùm prædium. ſ. de pig. Secũdò opp. de l. ſi. j. de acqui. re. do. Solue iſta duo contraria, vt in gl. & bene.

Si paratus. Poſterior creditor habet ius offerẽdi prióri, & ſibi pignus confirmare. Quærit glo. an idem ſit econuerſo, ꝓ prior creditor poſsit offerre ſecũdo. gloſ. determinat ꝓ ſic: & bene.

CReditor. Prior in tẽpore contra ſecũdũ creditorem agentẽ habere exceptionẽ, & contra excipientẽ replicationem ex prioritate tẽporis. h. d. Not. hic text. dum dicit adiudicari poterit ei hypothecaria: quod intellige, i. pronunciari rem ſibi hypothecatam eſſe & poſſeſsionem reſtituendam: vt l. ſi cùm venditor. j. de euictio. Facit quod dixi in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ſ. de pigno.

Si quando. Qui ſoluit litis æſtimationem primo creditori, non liberatur à ſecundo. h. d.

c **Si primus.** [c] Qui prior de hypothecarijs creditoribus conuenerit, potior eſt alio, qui prius conuenit de debito. h. d.

d **Si tecum.** [d] Si res obligata alteri obliget de voluntate creditoris, quo ad illũ prior hypotheca inutilis eſt, quo ad alios inſpiciũ quod actum eſt. h. d. Sed quæro qd in dubio? Gl. dic dicit ꝓ in dubio videt remittere totũ: vt l. Paulus. j. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. Sed cõtrarium no. ibi, & in l. ij. C. de remiſ. pig. Breuiter hæc videt veritas ꝓ in dubio videatur remittere in totum: vt d. l. Paulus. Fallit in caſu l. iubemus. C. ad Velleia.

SI prior. Poteſt quis in ſuummet locum ſuccedere: & ratio prioritatis facit vt poſsit quis inuito alio pignus vendere. h. d.

Sciendum. Secundus creditor habet rem obligatam pro credito ſuo, quam pro ſorte & vſuris, quas primo creditori ſoluit. h. d.

Si ſimpliciter. Secũdus creditor cõtra oẽs eſt potior, excepto primo. h. d. In gl. ibi: non accepit. imò dicit, negligentia, i. neſcientia: quaſi dicat, imputetur ei quòd non perquiſiuit de ſtatu prædij. argu. l. qui cum alio. j. de regu. iur. &c.

A Titio. Tertius, qui ſuccedit in locum primi, potior eſt ſecundo. h. d.

Si tertius. Nõ ſolùm qui ſoluit, ſed qui patitur pignus vẽdi vt priori ſeu potiori ſoluatur, poteſt in prioris locum ſuccedere. h. d.

Si prior. Poteſt prior impedire ſecundum volentẽ vendere, licet ipſe vendere non poſsit. h. d.

1 ☞ *Pactum quando interpretatur pro eo qui ipſum apponit.*

INſulam. Iſta lex legit duob⁹ modis. Vno modo ſm gl. ſm quã. h. d. Cõuẽtio facta ſuper debito inter plures diuiddẽdo, porrigitur ad pignora, ſi vtriq; ſufficiũt: aliàs cui primũ debet ſolui debitũ, præfert in pignore, niſi aliud ſit actũ. h. d. Et diuidit in tres partes: qa primo ponit thema. Secũdò incipit rñdere diſtinguẽdo queſtiõi reſultãti ex themate. Tertiò ponit circa hoc dictũ Pauli iuriſconſulti. Secũda ibi: pignorũ. Tertia ibi: Paulus. vbi ponitur niſi, pro ſi nõ. & ſecũdùm iſtas lect. reſpõdet ibi: pignorũ, &c. Alij moderni dicũt ꝓ illud eſt de themate. & reſpõſio incipit ibi, Nerua et Proculus. & ſm hanc lect. breuiter. h. d. Cõuẽtio ꝓ pignora pertineãt ad vtrũq; intelligit eo ordine, quo ſoluit debitũ principale debet, niſi aliud actũ ſit. h. d. Et ſm iſtã lect. non eſt neceſſe dicere ꝓ reſpõdeat: & dictio niſi, ſtat propriè. Et quælibet iſtarũ lect. eſt bona, & no. vt patet ex ſummarijs.

1 † No. ꝓ pactum interpretat pro eo qui ipſum apponit. cõtra l. veteribus. ſ. de pact. Glo. ſoluit hic, & ibi plenè dixi: & ſolu. apparet ex præcedentibus: quia cùm conuentio ſuper principali ſit clara, cõuentio ſuper acceſſorijs debet ſequi illam, &c.

Si non

SI non. Qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, quando ab eodem pignora ſunt accepta. Si verò à diuerſis non dominis, tũc poſſeſſor eſt potior. h. d. Opp. ſi nõ dominus obligat: ergo nõ valet obligatio; quia res aliena non poteſt pignori obligari. Sol. Intelligas ꝓ non erat dominus, ſed habebat Publicianam: vt l. ſi ab eo. ſ. de pigno. Et ſecundũ hoc gl. procedit hic clarè: quia tota diſtinctio, quæ ponitur in dicta l. ſiue autem. §. ſi à diuerſis. ſ. de pub. poteſt hic poni: quia eodem modo eſt in pignore: vt dicta l. ſi ab eo. cum ſua gloſ.

ETiam. Inſula ſuperficiaria poteſt dari pignori. hoc dicit.

1 ☞ *In conſilijs & diſputationibus dicendum eſt ſine præiudicio alterius rectius ſentientis.*

2 *Quando habeat locum illa regula, ſi vinco vincentem te, ergo fortius vinco te.*

CLaudius. Si primus creditor à tertio ſeparat, nõ præiudicat ſecundo: quia per hoc non ſuccedit tertius in locũ primi: & ſententia inter alios lata alijs non præiudicat. h. d. Et primò ponit thema & queſtio: ex qua colligit vna ratio pro tertio creditore. Secundò ponit quorundã reſponſionẽ, & aliam rationẽ pro tertio creditore. Tertiò hoc reprehendit per Iuriſconſultũ repetendo queſtiõnem. Quartò & vltimò circa prædicta concludit. Secunda ibi planè. Tertia ſbi: mihi nequaq̃. Quarta ibi: igitur. Et iſta eſt pulchra lex & conſueuit reputari difficilis. In tex. ibi: expulerat. ex hoc tex. ſumit vna ratio pro tertio creditore cõtra turbonem: quia ſi vinco vincentem te: ergo &c. In text. ibi: exceptione, ſ. pacti vel præſcriptionis. In text. ibi: quoquo modo. ſubaudi, etiam per iudicis iniuriam. Notabilia collige ex his quæ dicta ſunt. † Item nota ſinẽ huius legis ibi: ſine præiudicio, &c. Et ita dicunt multi in ſuis cõſilijs & diſputationibus.

1

In textu ibi: prioris. id eſt potioris ſecundũ aliũ intellectum hic. Venio ad glo. & ſeruo ordinẽ gl. & opp. ſi verũ eſt quod determinat Iuriſconſultus eueniret circuitus indiſſolubilis. Pone enim primũ creditorẽ ſuccubuiſſe dum ageret, & ſecundus egit contra tertiũ, & obtinuit: & primus iterum ageret cõtra ſecundũ, & vinceret & aduocabit rem: & tunc tertius redibit cõtra primum, ſecundus cõtra tertium, & primus cõtra ſecundum: & ſic in infinitũ. Sed ad declarationem huius circuitus aduertendum eſt quòd tex. hic loquit quando primus creditor fuerit exceptione ſeparatus: & ſic de iure vel alio quouis modo etiam de facto, vt per iudicis iniuriã. Examinem⁹ primò quando primus creditor fuit victus per iudicis iniuriã. Et quidam fatentur tunc rem eſſe in circuitu, vt dixi. Alij volentes hoc ſoluere dant tale remedium, quòd ſecundus creditor quando poſsidet rem, offert pecuniam, ſeu litis æſtimationem primo creditori agẽti, ita quòd poſſeſsio remaneat apud ſe: tunc nõ poterit reuocari neq; à primo neque à tertio. quod eſt verum. Sed vt dubium procedat, pone quòd ſecundus creditor non vult offerre, quia ſibi non expedit, vt quia fortè debitum eſt magnum, & res eſt parui valoris: tũc declaratio circuitus eſſet hoc modo: Si primus creditor ſuccubuit iniuſtè vt agendo, & ſi tertius fuit abſolutus: & tunc iſta abſolutoria ſententia ſtatim habuit effectum ſuum. dicitur enim res perfecta: vt lege metum. §. ſed quod prætor. ſuprà quod met. cauſa. Aut fuit factum contra ipſum primum creditorem per tertium: & ſic fuit primus creditor condemnatus: & tunc ſi primus creditor tertio creditori tradidit rẽ, liberatus eſt perfectè: vt lege, Pomponius. §. ſed & is. & ibi nota ſuprà de procura. Vnde ſi res redijt poſtea ad primum creditorem, non poteſt poſtea cõueniri ex ſententia: quia ab ea liberatus eſt ſolutione.[a] Sed

a

b contra hoc dicunt quidam,[b] & ſentit glo. videt ꝓ primus creditor poſsit cõueniri de nouo, per l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. ſuprà de iureiurando. Sed reſpondeo: fateor ꝓ poſsit de nouo cõueniri hypothecaria, nõ ex ſententia, vt dixi: ſed in hoc ſecũdo iudicio poſſet ille primus creditor vti ſuis defenſionibus, quas in primo iudicio omiſerat: & tertium ſic ſuperabit vt l. creditor. in prin. ſ. eo. & quod not. in l. duobus. j. de excep. rei iud. vnde circuitus euitat. Secundò eſt videndũ quando primus fuit ſuperatus iuſtè, ſ. exceptione vel pacto. & ponit glo. exemplum licet hoc nõ referat ad tex. de muliere quæ erat potior omnibus creditoribus: tamen renunciauit iuris hypothecæ reſpectu ſecundi creditoris: certè tunc agit cõtra primum mulierẽ, & vincet: & ſecundus aget contra mulierẽ, & vincet iuſtè: quia renũciauit; b vt l. iubemus: C. ad Velleia. reuertet primus cõtra ſecundum: mulier contra primum: & ſic erimus in circulo. Nec poteſt diſſolui iſte circulus eo modo quo ſ. dixi: quia hic omnis ſentẽtia lata eſt iuſtè. Erit c ergo remedium, vt ille, qui poſsidet, agenti offerat pecuniam, vel litis æſtimationẽ: vt ſic poſſeſsio apud eũ remaneat; quod remedium, vt dixi, eſt verum ſi poſſeſſor vult vt quia ei expediat: aliàs puto hoc eſſe remediũ quod cũ poſſeſsio ad primũ creditorem peruenerit, ꝓ iuſtè vẽdat rem. quod poteſt, vt ſ. eo. l. ſi prior. in fi. & in princip. & de pecunia partem ſibi retineat & partẽ det mulieri cõſentienti. hoc em ſibi mulieri prodeſt: quia ſi rẽ haberet poſſet ab eo auocari per ſecundũ creditorẽ. quod poterit fieri de pecunia; ſed ſi mulier ad hoc non conſentiret: tunc eſſemus in circulo nec poſſet euitari. dices tu nec etiã per hoc remedium quod tu dicis circulus euitabitur quia ſicut quando res eſt apud mulierẽ poſſet conuenirí hypothecaria: ita qñ eſt pretiũ rei: vt l. j. in fi. j. ti. j. & ibi no. circa fin. glo. magnę rñdeo illud eſſe verũ qñ pretiũ eſſet apud eam ex titulo lucratiuo: ſed hoc eſt ex titulo oneroſo, ſcilicet pro pretio & credito ſuo. Venio ad vltimã gl. & oppo. ꝓ ſi vinco vincentẽ te, vinco te, vt l. de acceſsionibus. j. de diuer. & tẽp. preſcri. & iſtã rationẽ tangit tex. hic formãdo iſtã q. cui

2 iuriſcõſ. nõ rñdet. Bo. dicit gl. quod † illa regula hic fallit ſicut in alijs caſib⁹ quos gl. hic ponit. ſed d. Cy. ponit ſo. huius brocardi in auk. licet. C. de nat. liber. Ego tetigi in d. l. de acceſsionibus. ſed hic dico plenè⁹. nã quędã eſt victoria ĩpropriè, qa nulla eſt pugna ſed magis caſus, vt puta ſi ex caſu vn⁹ puer faceret cadere vnũ potentẽ hominẽ. quędã eſt victoria ꝓpriè vbi ẽ pugna. Primo caſu nõ habet locũ regula, ſi vinco vincẽtẽ te, vico te. Hic eſt caſus ĩ auk. licet. C. de nat. li. & in corpore vñ ſumit. et ibi mater excludit filiũ naturalẽ, nõ ꝓ eũ vincat et cũ eo pugnet: ſed qa filij naturalis ita demũ vocat ſi vxor nõ ſupeſt: ſed ſi ſupeſt, deficit cõditio filij naturalis: nõ ꝓ vxor aduocet ſibi. Scdo caſu qñ eſt pugna ꝓpriè: & tũc aut loquit ĩ diuerſis caſib⁹: & nõ ſequit, ſi vinco vincẽtẽ te, vinco te. Exemplũ ſi vinco te ad calculos: nõ ſequit ergo vico vincẽtẽ te ad brachia. Et hoc mõ põt itelligi in auk. de equa. do. §. his cõſequẽs. vbi mutuãs in refectionẽ dom⁹ pferẽ creditori primo: nõ aũt pferẽ mulieri: tñ prim⁹ creditor habẽs expreſsã, pferẽ mulieri. Iſta em ſunt in diuerſis caſib⁹. Nã prim⁹ creditor pferẽ mulieri ſequẽti in ordine. Sed ibi dẽ ꝓ mutuãs in refectionẽ dom⁹ nõ pferẽ mulieri, ſ. pręcedẽti in ordine: & ſic ĩ diuerſis caſib⁹ loquit. Et ita debet intelligi qd̃ dẽ, vaſalli mei vaſall⁹ nõ eſt meus vaſallus. debet intelligi qñ reſpectu diuerſarũ rerũ cõſtituit feudũ. Ita no. ĩ d. l. de acceſsionib⁹. j. de diuer. et tẽp. pſcr. et ibi dixi et hic ẽt gl. ponit. Et de hoc habem⁹ capitulũ ĩ feudis. facit ſ., p ſo. l. nã loci⁹. Si verò loqmur circa idẽ: & tũc aut ille q̃ vincit te, vincit te ꝓpter me & meã vtilitatẽ, aut ꝓpter aliũ & alteri⁹ vtilitatẽ, ſ. ei⁹ q̃ vincit eũ: & tũc nõ ſequit regula, ſi vico vincẽtẽ te vico te: vt l. equiſsimũ. §. j. ad Tertu. et l. ij. §. obijcit. e. ti. vbi pr̃ excludit matrẽ ad cõmodũ aui, in cui⁹ eſt ptãte. Si verò ille, vincit te, vincit te ad cõmodũ alteri⁹: & tũc aut habẽt cauſam dependentẽ adinuicẽ: & tũc licet ſit circa idẽ, nõ ſequit regula, ſi vinco vincentem te, vinco te. hic eſt caſus. & poteſt poni exemplum naturale in ludo ſchachorũ: quia propter ludi euẽtum ego victus à te poſſum vincere vincentẽ te. &c.

✠ P. PAV. P.

¶ Liberatus eſt ſolutione. Vide oſno in l. ſi fideiuſſor. §. j. in vl. col. de leg. j.

b ¶ Dicũt quidã. &c. Contrarium videtur tenere Bar. in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. & ibi dixi. & vide in l. permiſceri. in fin. de acq. poſſeſſ.

¶ Pignoris. Vidẽ qd̃ legit & no. in l. ſi potiores. C. de his qui in prio. cre. lo. ſucc. quia facit ad finem huius legis.

c **VIa debitore.** Emptor pignoris [c] põt ex pacto in locũ prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretiũ peruenerit. h. d. Sed quero, quomodo poteſt iſte emptor ſuccedere in locum prioris creditoris, cum res efficiatur ſua, & res ſua non obligetur ei, vt l. ne ꝓ pignus. infrà de regul. iur. Reſpon. licet ſit ſua, & non ſit ei obligata, tamen loco pignoris retinetur: vt l. ex ſextante. §. Latinus. j. de exce. rei iud. & l. Iulian⁹. §. offerri. ſ. de act. ẽpt. & ſ. e.

a ¶ Prior creditor. Adde quod no. in l.j.C.ſi anti. cred.
b ¶ Lucius Titius. per Cy. in l. pignus. C. de vſur. & vide Bart. in l. ſi cùm dotē. §. ſtnautem. vbi per Bar. ſol. mat.
c ¶ Mulier. in prin. Vide tamē quod no. Bal. in l. cōſentaneum. in vj. col. in verſ. quartò oppon. C. quō & qñ iud. Et de hoc iure offerēdi ceſsionē de qua hic, vide oīno Bald. in rub. C. de priui. dot. vt no. loquitur in iiij. col. et vide caſum multum not. C. ſi antiq. credit.
c ✠ POMATES.
¶ Mulier. Vide Bal. in c. cōtingit. col. iiij. de dolo & contu. & vide Ro. conſi. ccxiij. Clemen. ſing. clxiij.
c ✠ P. P. A V. P.
¶ Mulier. Vide ad Bart. in l.j. C. qui pot. in pig. hab.
d ¶ Diſcuti. No. ad auf. hoc ſi debitor. C. de pig. Adde Bar. ī. tit. ij. l. ſi debitor. §. fi. in fin. quæ no. ſ. eod. l. creditor. & tamen Bar. ſequitur Bal. in auf. ſed hodie. C. de act. & ob.
